PRINCIPIA, ET LOCI COMMUNES SEU REGULAE, TAM...

Simão Vaz Barbosa

Digitized by Google

BIBLIOTECA [NAZ]IONALE VITT. EMANUELE
13
24 Q
19

M

C. J
S. U
O. 6
N. 17

13. 24. C. 21

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PRINCIPIA,
ET
LOCI COMMUNES

ſeu Regulæ,

Tam deciſionum, quam Argumentorum U. J. cum pleniſſima Doctorum allegatione collecta

PER DOCTOREM
SIMONEM VAZ BARBOSAM,
LUSITANUM.

Editio nova priori correctior, pluribuſque Iuris regulis & additionibus, quæ hiſce [ ] ſignis includuntur, auctior.



TRAJECTI ad RHENUM,
TYPIS *Gisberti à Zÿll*, & *Theodori ab Ackerſdÿck*,
M. DC. LI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Doctiſſimo, Clariſſimo, Conſultiſſimoque
VIRO,

D. CHRISTIANO
A
RODENBURGH,
Curiæ Ultrajectinæ Senatori dignisſimo.

Vir Præſtantiſſime,

CUm moribus receptum ſit, non ſolum Auctores recentes anteaque non evulgatos, verum etiam ante hac editos, ſi caſtigatiores recudantur & locupletiores in lucem redeant, viris celebribus inſcribere & nuncupare; Idem nobis licere arbitrati ſumus in hac D. SIMONIS VAZ BARBOSAE, LUSITANI, *Principiorum & Locorum Communium*, *ſeu Regularum Vtriuſque Iuris* editione: quæ non tantum priori correctior, typoque & chartâ elegantior, ſed & ſtudio Patroni cujuſdam cauſarum notis pluribus & Regulis auctior

Digitized by Google

prodit. Ut vero non minior huic operi auctoritas, cum præcedenti editione, concilietur, celeberrimo Nomini tuo inſcribendum exiſtimavimus. Tu enim Vir Doctissime hiſce *Regulis & Principiis Vtriuſque Iuris* imbutus, accedente uſu & exercitatione, eam tibi comparaſti prudentiam artemque, qua jus & quod legibus ac moribus certum eſt ab origine cauſiſque primis expendis, & circa id naſcentes quotidiè quæſtiones prompta ſolertia examinas atque componis; inprimiſque caves ne quid contra Regulas communes & Juris Principia facile recipias: Non ut ſemper facilitate hac frui velis, ſed eâ uti poſſis cum res exigit, quod induſtriæ eſt longorumque ſtudiorum præmium: nam ut diligentiæ defectus eſt non allegare ad cauſam ſi quæ ſuppetunt ad eam ſpectantia Reſponſa Juriſconſultorum, vel recepta interpretum placita; ita vel judicii imbecillis eſt, vel ingenii tardi, illis deficientibus potius per omnia Conſiliorum Deciſionumque volumina

mina vagari, ſimilemque facti ſpeciem indagare, quam eam præſenti arte & conſilio ex iiſdem expendere ac decidere legibus principiiſque, quibus neceſſe eſt nixos fuiſſe ſcriptores, ſi qui fortè in eandem primi inciderint. Non ex noſtro Vir Clarissime judicio, ſed communi omnium peritiorum conſenſu hæc dicimus, qui te inter Curiæ noſtræ Senatores Reip: bono nuper allectum gaudent;& meritò: quid enim ad ſalutem Reip: magis ſpectat, quam ut Juſtitiæ adminiſtratio integris ac juris-peritis viris demandetur, ut ſic cuique ſuum tribuatur, ſaluſque Reip: promoveatur. Cum enim *Mens & Conſenſus Hominis* baſis ſit Principiumque juris & judiciarii ordinis, ex Conſenſu *Dicta aut Facta* procedant, ex dictis factiſve *Contractus vel Quaſi*, ex Contractu vel Quaſi *Obligatio*, ex Obligatione *Actio*, ex Actione *Forma ſeu Facultas agendi*, ex Forma agendi *Iudicium*, ex Judicio *Sententia*, ex Sententia *Executio*, ab Executione denique *Salus Reip:* &

priva-

privatorum quies ſequatur: An non hiſce juxta juris artem conſideratis & ritè adminiſtratis tantò magis Reip: ſalus procuratur, & promovetur, quantò plures hominum myriades concernunt, nemoque fore omnium ab iis exemtus eſſe poſſit? Sed hæc omnia, VIR CONSULTISSIME tibi notiſſima, obiter. Accedit quod ſemper te nobis immeritis benevolum ac humaniſſimum præſtiteris, qua tua humanitate freti, editionem hanc noſtram, opus quaſi renatum, ſub nominis tui auſpiciis emittimus, tibi offerimus & dedicamus, majorem in modum petentes, ut pro ſumma tua comitate munus hoc noſtrum chartaceum benigne excipias, uti noſtrę erga te obſervantiæ & grati animi monumentum, ſi non magnum, at fidele certe, & ab animis æſtimandum offerentium: uti qui ſumus

Vir Clariſſime ac Conſultiſſime

tibi addictiſſimi ac devotiſſimi

GISB. à ZYLL, THEOD. ab ACKERSDYCK, } Typographi Ultrajectini.

Digitized by Google

AD LECTOREM

Utriuſque Juris Studioſum.

HÆc Utriuſque Juris Principia, & loca communia, *ex Ariſtotelis, & aliorum Doctorum libris deprompta, variiſque ſcriptis Perilluſtris, & Excellent. Domini* AUGUSTINI BARBOSÆ *I.V.D. peritiſſimi, ac inſignis Eccleſiæ Vimaranenſis Theſaurarii majoris collecta, alphabetico ordine diſpoſita, typis mandare inſtudioſorum gratiam operæpretium duxi, tum quia ob vulgatas juris regulas, ac receptas ſcribentium deciſiones tot illorum allegationibus fulcitas, utiliora judicavi, tum etiam quia à nemine tam laborioſe in unum congeſta hucuſque viderim. Quam neceſſarius ſit axiomatum, ac locorum communium uſus ex multis facile conſtat, nam ingenium ſui brevitate delectant* gloſ. in l. 1. ff. quod met.cau.l. 1.ff.de re judic. *& qui hujuſmodi regulas non callent, per inutiles verborum circuitus, & inextricabiles peryſſologias vagari circa ea coguntur, quæ duobus verbis commodiſſimè exprimi poſſent. Inſerui inſimul cum hujuſmodi principiis breviùs, & ſuccinctiùs aliquos principaliores, & utiliores argumentationum modos alphabetica ſerie diſpoſitos, communes enim loci ingenium vehementer excitant, & ad rectum veritatis tramitem facile ducunt, & quod liquidò conſtare non poteſt, argumentis ſubtiliter cognoſcendum eſſe aſſerit Iuriſconſultus in* l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re

mil.

Digitized by Google

mil. *Licet autem hæc omnia videantur generalia, tanto magis ſunt neceſſaria, quia magna res eſt tractare de eo, quod vulgariter per totum juris corpus eſt effuſum*, l. uni. in princ. & ibi Cyn. C. de rei uxor. act. *Hæc verò* Principia, & loca communia Utriuſque Juris, *cum legum auctoritate nitantur, plurimorumque Doctorum cujuſque facultatis allegationibus confirmentur, iis tutò utere benevole Lector: ſi quid in eis colligendis reliqui, ſcribentis condona ætati, ſi quid peccavi typis mandando, amicorum ignoſce importunitati, & me ama impenſè amantem.*

IN EXPLICATIONE legum hæc X. attendenda.

1. Ne quid contra Regulas ſeu articulos communes accipiatur.
2. Ne contra Amorem Dei, ſive jus Naturæ quid accipiatur.
3. Ex quâ cauſa dicatur.
4. Quid præcedat.
5. Quid ſequatur.
6. Quo tempore.
7. A Quo.
8. De Quo.
9. Quomodo dicatur.
10. Ut confrontatio contrariorum & ſimilium fiat.

DOCTO-

DOCTORIS SIMONIS VAZ BARBOSÆ, LUSITANI,

Principia, & loca communia tam deciſionum, quàm argumentorum UTRIUSQUE JURIS.

A.

[§.1. ABSENS ſtudiorum cauſa abeſſe non videtur: *l. quæſitum: ubi Bart. de leg. 3. l. nec non ff. ex quib. cauſ. maj.* Ideoque debet recipere integre omnes fructus ſui beneficii: *c. ſuæ de cler. non reſid. c. ſup. ſpeculato. de magiſtris: & ne.*]

[§.2. Ablativus abſolute poſitus inducit conditionem. *l. acceptis ff. ad. l. falc. & l. à teſtatore.* 109. *de cond. & dem. & ibi Goth. & DD. Cacheran. dec.* 145. *nu.* 6. 7. *Hering. de fidejuſ. c.* 10. *nu.* 457. *Bart. in l.* 1. *ff. de C. & D.* & formam *Cacher. dec.* 165. *nu.* 12. *Hering. d. loc. nu.* 458. *Felin. & DD. in c. dilecta* 1. *de reſcript.*]

Digitized by Google

1. Abſolvere qui poteſt, condemnare etiam poteſt *Farin. in fragment. crimin. p. 7. verbo abſolvere n. 6. Cardin. Tuſch. tom. 1. lit. A. concl.* 40. quia qui condemnare non poteſt, nec etiam abſolvere *l. nemo qui condemnare de regulis juris. Menoch. de arbitrar. lib.* 1. *q.* 43. *nu.* 25. *Narbona de appellat. à vicario ad Epiſcopum p.* 1. *num.* 193.

[§. 3. Abſolutoria ſententia, non eget executione, nec executorialibus : *Gail.* 1. *obſ.* 113. *nu.* 18. *Hartm.* 18. *obſ.* 1. *nu.* 4. ubi ait ſi abſolutus poſſeſſionem amiſerit rei, ad illam agere poteſt ex eo jure, quo ſe defendit, contra actorem.]

2. Abſolvere debet potius judex in dubio, quam condemnare: argum. *text. in l. Arrianis, ff. de actio. & obligat. l. favorabiliores, l. ſemper in obſcuris, ff. de reg. juris cap.* 3. *de probat.* plures citat *Cov. vari. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 2. *verſ. quarto, Mexi. in tract. taſſæ panis concl.* 1. *num.* 171. noviſſime *Anton. Monach. Florent. deciſ.* 36. *num.* 2. *Cardin. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 41. *n.* 1.

3. Abſolvere nocentem ſanctius eſt, quam condemnare innocentem, *l. abſentem, ff. de pœnis, Card. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 41. *n.* 3. Cavendum namque eſt ne reſpectu nocentis, innocens patiatur, *l. fi. C. de his, qui latro. l. prægnantis ff. de pœn.*

4. Abſolutus expreſsè dicitur, qui non eſt condemnatus, *Sigiſmund. Scac. de appellat. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 9. *ſub n.* 70, *& limit.* 21. *n.* 37. *in fine,*

5. Ab-

Digitized by Google

5. Abſurdus intellectus ab omni diſpoſitione eſt rejiciendus, *l. nam abſurdum, ff. de bon. libert. l. 1. §. unde quæritur, ff. de publicia. in rem actio. l. obſervare, §. fin. ff. de offic. proconſ. l. Salvius Ariſto. 5. ff. de leg. præſt. cap. quemadmodum de jurejur cap. cum inter. de except. cap. dudum de præben. lib. ſexto, Prob. ad Monachum in cap. generali de elect. eod lib. n. 18. cum ſeqq. Valaſc. conſult.* 174. *n.* 11. Abſurdum enim ſemper eſt vitandum, *Anton. Monach. Bonon. deciſ.* 11. *n.* 63. *Card. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 66. Et ad illud evitandum in ſtatuto, omnis interpretatio eſt admittenda, *idem Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.* 64. *nu.* 30. [etiam impropria, & ut verba nihil operentur. *Maſcard. de ſtat. int. concl.* 2. *nu.* 206. *&c. Aug. Barboz. ax.* 2. *nu.* 6.]

6. Abundans cautela non nocet, *l. teſtamentnm, Cod. de teſtam. Surd. deciſ.* 13. *num.* 14. *Sebaſt. Nævi. in l. non ſolent* 95. *ff. de reg. juris, Farinac. in praxi crimin. p.* 3. *q.* 89. *num.* 123. *Rotæ Rom. apud eundem deciſ.* 319. *num.* 9. *tom.* 1. *p.* 1. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 6. *à num.* 26. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 141. *n.* 12. *Card. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 67.

7. Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis *l. etiam, C. de jure dot. reg. acceſſorium* 42. *de reg. juris lib. ſexto*, exornant *Socin. reg.* 5. *Menoch. conſ.* 58. *num.* 13. *cum ſeq. Surd. de alim. tit.* 9 *q.* 31. *num.* 8. *cum ſeqq. & deciſ.* 88. *nu.* 10. *Put. de-*

ciſ. 1 *.num.* 2 *. lib.* 1 *. Ioan.Franciſc.Leo in theſauro fori eccleſiaſtici p.* 2 *.cap.* 16 *. nu.* 70 *. Anton.Monac. Bonon. deciſ.* 27 *. num.* 4 *. & deciſ.* 28 *. num.* 56 *. Card. Tuſch. tom.* 1 *. lit. A. concl.* 76 *. Pichard. ad §. ſi quis alium num.* 32 *. Inſtit. de inutilibus ſtipulat. Mari. Anton. vari. lib.* 1 *. reſol.* 72 *. num.* 6. Intellige cum acceſſorium eſt à ſuo principali inſeparabile, ut per *Menoch. de interdict. remed.* 6. *recuper. poſſeſſ. num.* 45. Etiamſi acceſſorium ſit magis dignum, & pretioſum, quam ipſum principale, cui annectitur ex *D. Barb. in l. cum prætor, §. fin. num.* 211 *. ff. de judiciis, Tuſc. d. concl.* 76 *. num.* 26. Limita tamen ubi militat diverſa ratio ex tex. in *l. ſi is, C. de prædiis minor.* Et adductis per *Brunor. à Sole in locis commun. verbo acceſſorium, Franciſc. Molin. de ritu nuptiarum lib.* 1 *. comparat.* 12 *. num.* 22 *. Tuſch. d. concl.* 76 *. num.* 36. Limita etiam, quando acceſſoriū eſt majus ipſo principali, ut per *Ioſeph. de Seſſe Aragoniæ deciſ.* 185 *. nu.* 82. Limita deinde in actibus denotantibus tranſlationem dominii, *Tuſch. d. lit. A. concl.* 79. de quibus etiam vide *Thomam de Thomaſettis in floribus legum reg.* 8. *& reg.* 234.

8. Acceſſorium corruit ſublato principali, *l. qui liberis, ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. l. cum principalis, ubi Dec. ff. de reg. juris. §. fidejuſſores inſtit. de fidejuſſor. Surd. conſ.* 318 *. nu.* 5 *. Thomas de Thomaſettis reg.* 92. ubi dicit procedere in coniunctis, & ubi militat eadem ratio. [Si tamen ob

metum

metum invaliditatis obligationis principalis, alia in ſubſidium acceſſit, hæc conſiſtet, illa labente. per *l.9.l.*38.§.*alteri* 17. de V.O.]

9. Acceſſorium, quando venit in neceſſariam conſequentiam principalis, conceſſo principali; cenſetur conceſſum acceſſorium, & alia ſine quibus ſtare non poteſt, *l.*2.*ff.de juriſdict.omn.jud.Card.Tuſch.tom.*1.*lit.A.concl.*77.

10. Acceſſoria, & ea, quæ veniunt in conſequentiam non attenduntur, *Card.Tuſch.tom.*1. *lit.A. concl.* 78. ubi *n.*9. limitat, quando in acceſſorio militat diverſa ratio, quia tunc eſt verum, quod imò attenditur, ut principale, quibus ad de notata infra *lit.* C. *n.* 51.

11. Accidens non poteſt dari ſine ſubjecto, & ſubſtantia, ut aſſerit *Curſus Conimbricenſis in cap.* 2. *de complexis in præambulis prædicamentorum*, probat *tex.in l.*4.*in fine ff.de actio. empt.* tenent *Maſcard.de probat.concl.*21.*& concl.*1248. *n.*4.*Surd.de alim.tit.*2.*in præamb.num.*2.*& tit.*9. *q.*29.*num.*23.*& deciſ.*70.*num.*6.*& conſ.*234. *num.*23.*& conſ.*335.*num.*13.*Gonzal. ad reg.*8. *Cancel.gloſ.*5.§.7.*num.*70.*& gloſ.*57.*num.*32. *Card.Tuſc.tom.*1.*lit.A.concl.*82.*num.*13. Et regulariter ſequitur naturam ſui ſubjecti, *l. ejus artificii*, C. *de oper. libert.* Et ſupponit ſubſtantiam *Anton.Monach.Florent.deciſ.*56.*num.*5. Ac proinde non poteſt mutare ſubſtantiam rei, *Guter.pract.lib.*3.*q.*16.*nu.*91. Unde accidentia

Digitized by Google

non migrant de ſubjecto in ſubjectum, *l. quis ergo, & ibi glo. ff. de pecul. l. 3. ff. pro ſocio.*

12. Accidentia poſſunt mutari, non vitiata ſubſtantia, ſecus è contra, *Card. Tuſch. tom* 1. *lit. A. concl.* 82. Et accidentia extrinſeca poſſunt adeſſe, & abeſſe præter ſubjecti corruptionem, *l. falſa. ff. de condit. & demonſt. l. pacta conventa. ff. de contrah. empt. l. pro voluntariis, ff. de impen. in reb. dota. fac.* tradit *Porphyrius in prædicabilibus cap. de accidente. & ſcribit Surd. conſ.* 179. *n.* 7.

13. Accidentaliter evenientia non immutant rei ſubſtantiam, *l. naturale, §. pavonum, ff. de acquir. rerum domin. D. Thom. in* 4. *diſt.* 41. *q. uni. art.* 1. *ad ſecundum.*

14. Accingendus de proximo, habetur pro accincto, *l. ex eo tempore, ff. de teſtam. milit. Card. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 83. *Thomas de Thomaſettis reg.* 231.

15. Accuſatore non probante reus abſolvitur, *l. qui accuſare. C. de edendo, cap. accuſator* 6. *q.* 5. cum aliis, quæ adducit *Farin. in fragmen. crimin. p.* 7. *verbo accuſatore num.* 26. ubi *num. ſeqq.* late agit de intellectu hujus axiomatis.

16. Acquirendum facilius impeditur, quam impediatur acquiſitum, *l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni juris, l.* 1. *§. caſum, ff. de poſtulan.* cum aliis, quæ notavi infra *lit.* 1. *n.* 62.

17. Acta faciunt rem notoriam, *l. fin. C. de re judic. cap. ex inſinuatione de appell. cap. cum olim de*

Digitized by Google

lim de verbor.ſignific. *Cephal. conſ.* 602. *num.* 21. *lib.* 4. *Tiraq. de retract.lig.* §. 36. *gloſ.* 2. *num.* 44. *Menoch. de interdictis remed.* 1. *recuper. poſſeſſ. num.* 232. *& de arbitr. judicum caſu* 166. *num.* 6. *Maſcard. de probat. concl.* 1101. *num.* 13. *&* 14. *Farin. in praxi crimin. p.* 1. *quæſt.* 21. *num.* 14. noviſſime *Mendez à Caſtro in praxi Luſit. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 4.

18. Actio ſemel extincta non reviviſcit, *l. qui res* §. *aream, ff. de ſolutio, l. ſi unus* §. *ſed ſi pactum, ff. de pact. l. electio, cum ibi notatis ff. de noxal. actio. l. inter ſtipulantem,* §. *ſacram verſ. nec revocari, ff. de verbor. oblig. l. Mævius,* §. *duorum, ff. de legat.* 2. *l. hæredibus, ubi gloſ.* 1. *ff. ad Trebel. Tiraq. in l. ſi unquam, verbo ſuſceperit, num.* 191. *C. de revocandis donat. Gam. Luſit. deciſ.* 162. *num.* 4. *in fine, Ioſeph de Seſſe Aragon. deciſ.* 133. *num.* 9. *Card. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 116. *num.* 3. ubi *num.* 4. extendit procedere etiam hoc axioma, quando actio extinguitur per tranſactionem, & *num.* 5. reſtringit, niſi contrarium ſit conventum: [2. niſi cum ſuperſtite materiâ & formâ pemovetur impedimentum *Tulden. inſt. quib. mod. teſt. infirm. c.* 5. *Menoch. conſ.* 176. *lib.* 2.]

19. Actio cui conceditur, multo fortius retentio, *l. ſi per retentionem, C. de uſur. Rota Bonon. deciſ.* 77. *num.* 4. Et facilius conceditur retentio, quam actio, *l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, vel alieni juris, l. pluribus, ff. de verbor. oblig. Surd.*

de alim.tit.3.q.7.nu.12.& tit.8.privil.28.nu.3. Card.Pereira de renovat.emphyt.q.7.nu.28. verſ. pro hoc,& de poteſt.eligendi cap. 10. *n.* 27.

20. Actio cui conceditur,multo fortius exceptio. *l.*1. §. *qui ſuperficiem, ff. de ſuperfic.l.invitus*, §. *cui damus, ff. de reg. juris. cap. qui ad agendum eod.tit.lib.ſexto, Surd.conſ.*377.*nu.*45. *Palat. in repetit. cap. per veſtras de donat. inter virum, & uxorem*, §. *octavo n.*2. ubi limitat.

21. Actio perſonalis non datur contra tertium poſſeſſorem, *l.fin.* §.*fin.ff.de contrah.empt. l. eum cui,C.de actio.& oblig.Surd. deciſ.*52.*num.*3. *& deciſ.* 173. *num.*9. *& deciſ.* 236.*num.*8.*& de alim. tit.* 8.*privil.*48. *num.* 3. *& privil.*51. *n.* 2.*Card.Seraphin.Rotæ Romanæ deciſ.*168. *num.*1. *& deciſ.* 529. *num.* 1. *Mari. Antonin. vari. lib.*2. *reſol.fin.caſu* 42. *verſ.& licet.*

22. Actio perſonalis, quæ debetur reſpectu rei, tollitur re perempta, *l.* 1. *in fine*, C. *de jure emphyt. l. Titiæ textores*, §. *fin. ff. de legat.* 1. *l. in nave Sauphei, ff. locati, Gom. vari. tom.* 2. *cap.* 3. *n.* 18.

23.Actionem nemo conſequitur de improbitate ſna, *l.itaque fullo,ff.de furtis.cap.ſi ad peccatum, ubi gloſ. verbo conqueritur* 22.*q.*4.

24. Actionem habens rem habere dicitur, *l. rem in bonis,ff. de acquir. rerum domin. l. qui actionem, ff. de reg. jur.l. id apud ſe* 143.*ff.de verborum ſignific. Menoch. conſ.* 77. *num.* 17. *Stephan.*

phan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 136. *num.* 5. *Ioann. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſ. deciſ.* 214. *num.* 291. *in* 1. *edit. & reſolut.* 193. *num.* 5. *in* 2. *edit. Bertazol. tract. clauſular. inſtrum. clauſ.* 27. *gloſ.* 6. *nnm.* 3. *& in repet. l. ſi quis major,* C. *de tranſact. num.* 612. *cum ſeqq.*

25. Actionem non habere, vel inutilem habere paria ſunt, *Anto. Monach. Bonon. deciſ.* 54. *num.* 12.

26. Actiones ſuas remittentibus, non eſt dandus ad eas regreſſus, *l. queritur,* §. *ſi venditor ff. edilit. edict. l. fin. ff. de remiſſ. pignor.* §. *ſi quis itaque inſtit. de bonorum poſſeß. cap. ex tranſmiſſa de renunciat. cap. ex ore de privil. cap. quam periculoſum* 7. *q.* 1. *Covar. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. *Tiraq. de retract. lig.* §. 1. *gloſ.* 9. *num.* 119. *Surd. deciſ.* 231. *nu.* 13. *Flamin. de reſignat. lib.* 1. *qu.* 13. *nu.* 8. *Thomas de Thomaſettis reg.* 272. *Mari. Antonin. vari. lib.* 1. *reſol.* 104. *n.* 14.

27. Actiones directas melius eſt habere, quam utiles, *l. mutus,* §. *ſi procurator, ff. de procurat.*

28. Sine actione nemo in judicio experitur, nec alium cogere poteſt, *l. ſi pupilli,* §. *videamus, ff. de negot. geſt. l. quoties,* §. *ſi temporali de adminiſtrat. tutor. Gom. tom.* 2. *vari. cap.* 11. *nu.* 24. *Soar. de Paz. in praxi tom.* 3. *in initio num.* 5. *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.* 189. *num.* 2. *Anton. Monach. Florent. deciſ.* 70. *nu.* 20. *Card. Seraphin.*

*Rotæ Romanæ deciſ.649.num.1.Mari. Antonin.vari.lib.3.reſol.41.num.2. Card.Tuſch.tom.1.lit.A. concl.*60. ubi *num.* 29. ampliat in tantum, ut judex repellat agentem ſine actione, etiam parte non opponente.

29. Actor debet ſequi forum rei,in jure civili,probat tex.in *l.in criminali,C.de juriſd.omn. jud. & in l. juris ordinem. C. eod tit.* Et in jure canonico *cap.ſane cap.cum ſit generale cap.ſi clericus de foro compet. & utrobique gloſ. & Doctor. omnes.* Et apud noſtros Luſitanos conſtitutum eſt per *Ordinationem Regiam lib. 3. tit. 11. in princip.* Et Hiſpanos *l.* 32. *tit* 2. *p.* 3. *& l.* 8. *&* 9. *tit* 3. *lib.* 4. *novæ recopil. exornant Brunor. à Sole in locis commun. verbo actor* 2. *Anton.Oliban. de jure fiſci cap.* 11. *num.* 12. *pag.*201. *Gutier.de jura conſ. p.* 3. *c.* 12. *à num.* 1. *Cardoſ. in praxi judicum, & advocat.verbo actor. num.*5. *Ioſeph. de Seſſe de inhibit. c.*8. §.3. *num.* 7. *& c.*26. *num.*3. *Caſtil.lib.*3.*quotid. cap.*25.*num.* 8.*Franc. Molin. de brachio ſeculari cap.* 35. *num.*2. *Ioan. Franciſ. Leo in theſauro fori eccleſ.p.*2.*cap.*14.*num.*18.*D. Barb.in l.hæres àbſens* §.*proinde ànum.*8.*cum ſeqq. ff.de judiciis Mari. Anton.vari.lib.*1.*reſol.*15.*num.* 1. *Aloyſ.Ricci. in collect. deciſ.p.*5. *collect.* 1930. *Cardin.Tuſch.tom.*1.*lit.A.concl.*122. *Cardin.Seraphin. Rotæ Rom. deciſ.* 1018. *num.*1. *Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg.*9.ubi dicit procedere in actione perſonali,non tamen in reali.

[nec

[nec in poſſeſſorio feudali moribus *Goriſ. trac. 4.§.4.ubi.vide plures except.*]

30. Actore non probante reus abſolvitur *l.extat 25.ff.de jur. fiſci, l.ult. C.de rei vend. l.qui accuſare, C.de edend.l.actor, C.de probat.l. 1.C.de alienat.judic.mutan.cau. fact.§. retinendæ inſt. de interdict.cap.ult. 6. q.5. cap. cum eccleſia de cauſa poſſeſſ. & propriet.cap. ult. §. ſane de jurejur. cap. uni.poſt principium, ut eccleſiaſt. benefic.cap.inter dilectos de fid. inſtrum. cap. fin. de jurejur. Duenh. reg.22.Hipol.ſing.169. & ſeq. & in l. unius §. in ea cauſa,num.3.& 4.ff.de quæſtio.Hieron.de Monte de finib.regund.cap.48.à num.1.Cou.vari.lib.1. cap.1.nu.8.Clar.in pract.crimin.lib.5.§.fin.q.62. num.1.* relati ab *Alphano collect. 102.Garc. Falcon.reg.7.* plures alios refert *Ened.ad Decretal. collect.123.nu.1.* quibus adde *Menoch.de arbitr. caſu 98.nu.16. Maſcard.de probat.concl.36.Surd. de alim.tit.9.q.12.nu.7.cum ſeq.& conſ.328.nu. 1.Seraphin.de privileg.juramenti privil.27. nu.1. Flor.ad Gam.deciſ.36.num.1. Flamin.de reſignat. lib.11.qu.14.nu.10.& de confident.qu.63.nu.23. Alexand. Trentacinq. vari.lib. 2. tit.de probat. reſolut.2.num. 1.& nu.16.Cardoſ.in praxi judicum, & aduocat. verbo actor num.4. Ioan. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſ.p.3.cap.7.num.108.Ioſeph. de Seſſe Aragon.deciſ.217. num.4. Aloyſ.Ricci. in deciſ.curiæ Archiepiſc.Neapol.p.1.deciſ.71.num.8. & deciſ.211.num.6.Anton.Monach.Lucenſ.deciſ. 33.num.*

33.*nu.*46.*Card.Seraphin.deciſ.*1422.*nu.*15.*Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg.* 11. *Aldovin.conſ.*60. *num*, 12.*& conſ.*61.*num.*6.*Donel. comment.jur.civil. lib.*19.*cap.*15. *colum.*1.*& lib.* 20. *cap.* 2. *col. fin. Farin. in praxi crimin. q.* 4. *num.* 28. *Mari. Antonin.vari.lib.*3. *reſol.*1. *num.* 5.*& reſol.*37. *num.*6. *Rota Romana apud eundem, Farin. deciſ.* 409. *num.*6. *tom.* 1. *p.* 1. *Mendez à Caſtro in praxi Luſit. lib.*5. *cap.*1. *num.*95. *Card. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.*117. ubi *num.* 10. extendit etiam ſi reus eſſet prędo & nihil omninò probaſſet, & licet conſtet de non jure rei, cui ſubſcribit *Marc. Ant.num.*6. *d. loco.* Ex perſona actoris jus metiendum eſt, *Surd. de alim.tit.* 6. *q.* 4. *num.* 9. Et à probatione pendet victoria, *Surd. deciſ.* 36. *num.* 12. An autem regula hæc procedat in beneficialibus? vide *Gonzal.ad reg.* 8. *cancel.gloſ.* 11. *num.*29. *&* 30.

31. Actore non probante obtinet is, qui poſſidet, *l.*1.*C.de alien. judicii mutandi cauſa facta*, §.*retinendæ inſt.de interd.Surd. de alim.tit.*9. *q.* 12. *num.* 7.

32. Actori incumbit onus probandi, notavi infra hac ead.*lit.n.*74.

33. Actori non licet, quod reo denegatur, *cap.* 2. 4. *q.*4. *cap. non licet actori* 32. *de reg. jur. lib. ſexto, Thomas de Thomaſettis reg.* 204. *Scaci. de appellat. q.* 18. limit. 7. *num.*23. *Card. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.*119. ubi *num.*2. ampliat in

caſu

caſu converſo. Nam à pari procedunt actor, & reus, juxta reg. tex. in *cap. 2. de mutuis petit. l. ult. C. de fructi. & liti. expenſ.* & quæ late proſequuntur *Valaſc. conſult.* 25. per totam *Gabr. comm. opin. tom. 3. tit. de clauſul. concl. 1. à nu. 66. Cardin. Tuſch. tom. 6. concl. 49.* Et actor, & reus ſunt correlativa, *Mari. Antonin. vari. lib. 3. reſol. 9. n. 3.* [*v. inf.* R. *nu.* 12.]

34. Actum nihil dicitur, cum quid ſupereſt ad agendum, *l. cum Sylanianum. ubi Iaſ. num. 3. C. de his quib. ut indign. l. pen. C. ad ſylani. l. Titia ff. de verbor. oblig. facit cap. cum ſuper de offic. deleg. Hippol. conſ.* 122. *num.* 15. *Flamin. de reſignat. lib.* 8. *q.* 8. *num.* 42. *& num.* 97. *Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.* 25. *num.* 7. *& Florent. deciſ.* 19. *num.* 5. *& Bonon. deciſ.* 28. *num.* 22. *Girond. de privilegiorum, ſeu exemptionum explicat. num.* 1133. *Thomas de Thomaſettis reg.* 199. ubi aſſerit procedere, quando illud, quod ſupereſt, eſſentiale eſt, & ſubſtantiale: ſecus autem ſi accidentale ſit, & parvi momenti.

35. Actum, qui gerit in dubio præſumitur magis velle, ut ille valeat, quam pereat, *l. quoties, ff. de verbor. oblig. l. quoties, ff. de rebus dubiis, l. quoties, ff. de reg. jur. l. 3. ff. de milit. teſtam. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt.* 34. *Vant. de nullit. in princ. num.* 24. *Card. Mant. de conjecturis ultimarum voluntatum lib.* 2. *tit.* 15. *à nu.* 2. *Brunon. à Sole in locis comm. verbo actus* 10. *Menoch.*

Digitized by Google

Menoch.de arbitr.caſu 223.*n.*27. *& de præſumpt. lib.* 1. *q.*6. *nu.*5 .*Guter. canon. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 4.

36. Actum faciens cenſetur ſe aſtringere legibus loquentibus de illo.*Surd.conſ.*347.*n.*24.

37. Actum fruſtratorium nemo præſumitur facere, *l.* 1. *in fine, ff. ad municip. l.uni,* C. *de theſaur. lib.* 10. *Surd. conſ.* 307. Actus enim fruſtratorios lex abhorret, *l.hæc ſtipulatio, ff. ut legat. ſeu fideicommiſſ. nomine caveat. Surd. deciſ.* 260. *nu.* 5. *cum ſeqq. & deciſ.* 276. *num.* 4. *cum ſeqq. & conſ.* 345. *num.* 18.

[§. 4. Actui ſubſcribens qui ſe invito fieri nequit ſibi præjudicat. *l.* 2. C. *ſi alien. res pign. det. l.fidejuſſor.* §.1.*ff.de pign.Sande.*3.5. *def.*8.]

38. Actum celebrare, & ei conſentire paria ſunt *l.utrum,& l.ſeq.ff.ad leg.Pompe. de parricid. Tiraq.de retract. lig.*§.1. *gloſ.*9. *verſ.præterea tex. & de jure primog. q.*26.*verſ.*3. *limita:Card.Mantic.de tacitis,& ambiguis convent. lib.*4. *tit.*2. *à n.* 12. *Melchior Phæb.Luſit. deciſ.*60.*num.* 3. Unde alienare, qui non poteſt de jure, nec alienationi conſentire, *l.*3.C. *ſi adverſus donationem,Bar. conſ.*70. *nu.*1. *lib.* 1. *Roland. conſ.* 15. *num.* 30. *lib.* 1. *Tiraq. ad leg. connubi.gloſ.* 8. *n.*147. *Card. Pereira de reſolut. emphyt. cap.* 3. *num.* 40.

39. Actum non celebrare,vel minus rite celebrare paria ſunt, *Portol.de conſortibus cap.* 19. *n.*8.quæ enim non rite fiunt pro non factis habentur, *Hippol. in l. de uno quoque nu.* 120. *ff. de re jud.*

re jud. & ſing. 431. *Tiraq. de retr. lig.* §. 1. *gloſ.* 10. *n.* 31. *Perez. l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 3. *ordin. pag.* 517.

40. Actus non poteſt ſubſiſtere ſine ſubſtantię, *l. cum hi*, §. *prætor ait, ff. de tranſact. l. cum precario, ff. de preca. cap. tua nos de ſponſal.* Franciſc. *Molin. de ritu nuptiarum lib.* 1. *cap.* 26. *nu.* 106. Nec conſiſtere poteſt ſine ſua materia, *l. nec emptio, ff. de contrah. empt.*

41. Actus omnis à fine judicatur, *l. verum, ff. de furtis, l. ſi is qui in aliena, verſ. nemo enim. ff. de rer. dom. l. rem non novam,* C. *de judiciis*, cum aliis, quæ notavi infra lit. E. num. 28. Omne enim agens agit propter finem, & ad eum principalis intentio dirigitur, *l.* 1. *ff. ſolut. matr. l. eam, quam ubi Bald in princ.* C. *de fideicomm.* & fruſtratorius eſt actus, qui non aſſequitur finem ſuum, *l. verbis, ff. de vulg. & pupil.*

42. Actus ſumunt ſuam denominationem ab objecto, *l. verum. ff. de furtis. cap. cum voluntate in princip. de ſentent. excomm.* D. *Thom.* 1. 2. *q.* 18. *art.* 6. *in corpore ad finem, & q.* 1. *art.* 3.

43. Actus regulatur ſecundum naturam ſui ſubjecti, *l. ejus. ff. de oper. libert.* Actus & potentia ſimul eſſe non poſſunt: notatum eſt infra *lit*, P. *num.* 34. Et actus agentium ſunt in patiente bene diſpoſito, *l.* 1. C. *de hæred. inſtit. l. in omnibus* 2. *ff. de actio. & oblig. l. ſi ergo. ff. ſi cert. petat.*

44. Actus

44. Actus extrinſecus probat intrinſecum animum, *l. ei qui ff. de tutor. & curator.* Actus debet ſemper intelligi ſecundum naturam rei, de qua agitur, *l. inſulam, ff. de præſcr. verb. l. damni infecti, ff. de damn. infec. l. ſi uno, ff. locati, junctis quæ infra notavi lit. V. num. 9.*

[§. 5. Actum non vitiat omiſſio ſolemnitatis levis *l. 1. §. quod autem & ibi Bart. ff. de vent. inſp. Radel dec.* 111.]

[§.6. Quando actus requirit aliquam qualitatem, ſi de illa non conſtet, actus ipſe vitiatur. l. 2. *& ibi Bart. ff. qui ſatiſd. cog. l.* 1. §.24. *ff. ad SC. Syll. & Claud. v. inf. nu.* 61.]

45. Actus corruit omiſſa forma legis, *l. cum hi, §. ſi prætor. ff. de tranſact. l. traditionibus,* C. *de pact. reg. quæ contra de reg. juris lib. ſexto cap. cum dilecta de reſcript cap. quia propter de elect. cap.* 1. *de rebus eccleſ. non alie. lib.* 6. *Euerard. in* Topic. *legal. loco* 53. *Rebuf. in tract. de pacificis poſſeſſor. nu.* 155. *Surd. deciſ.* 268. *num.* 8. *Cald. Pereira de poteſt. eligendi cap.* 7. *num.* 13. *Valaſc. conſult.* 103. *num.* 3. *& conſult.* 133. *num.* 4. *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.* 30. *num.* 10. *Ferrer. in conſtit. Cathalon. gloſ.* 1. *num.* 350. *Mari. Antonin. vari. lib.* 1. *reſol.* 26. *num.* 3. *& lib.* 2. *reſol.* 47. *num.* 17. *Ioan. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſ. p.* 2. *c.* 4. *num.* 21. *& p.* 4. *cap.* 2. *num.* 104. *Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.* 53. *num.* 35. *Eſcobar de ratiocin. cap.* 11. *num.* 19. *infinitos refert Farin. in praxi crimin.*

p. 4.

*p.4.conſ.65. in addit.lit.D.*Intellige etiam ſi omittatur in minimo,*Tiraq.de retract.convent.§. 4.gloſ.6. num.31.* Procedit quando omittitur forma eſſentialis, & neceſſaria, ut per *Thom.de Thomaſettis reg.* 213. Et paria ſunt aliquid fieri contra legem, vel non ſervata forma legis, *auth. qui res cum ibi notat. C. de ſacroſanct. eccleſ.*

46. Actus culpabilis, & pœna dignus non eſt aliquo præmio legali afficiendus, *l. ſive 23. ff.de negot.geſt. l. convenire, ff. de pact.dotal. cap. ex parte de conſuetud. cap.ult.verſ.cum generaliter de præſcript.*

47. Actus agentium nunquam operatur, ultra eorum intentionem, *l.non omnis,* 19.*ff. ſi cert.pet.* [*& ibi Bart. Everh. conſ.*8. *nu.*6. *Surd. dec.*71. *nu.* 11.] *l. in agris, ff.de acquir.rerum domin. Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg.* 13. *Flamin. de confident.q.*27.*nu.*139.*Gom.tom.* 1.*vari.cap.*7.*num.*4. *Cæſar Argel.de contradictore legitimo q.*10. *num.*36. *Rota Romana apud Farin. deciſ.*555. *nu.*4. *tom.*2. *p.*1. *Aloyſ.Ricci. in deciſ. curiæ Archiep. Neapol.p.* 1. *deciſ.* 75. *num.* 22. *& deciſ.*175.*num.*10. *noviſſime Anton.Monach. Lucenſ.deciſ.*14.*nu.*41. *Cardin.Seraphin.deciſ.*890. *nu.*2. *Card.Tuſch.tom.*1. *lit.A. concl.* 125.*ubi nu.* 12. limitat ad tollendum dolum, & abſurdum. Et actus quantumcunque favorabilis contra voluntatem agentis minime ſuſtinetur,*l.ſi idem ſervus, ff. de leg.*2. *l. ſi cui pure in fin.*

prin. ff. ad Trebel. *l. verbis, ubi Doct. ff. de vulg. & pupil.*

48. Actus ſemper tribuitur ordinanti, & non exequenti, *l. item eorum*, §. *decuriones. ff. quod cujuſque univerſitatis nomine, l. unum*, §. 1. *ff. de leg.* 2. *l.* 2. §. *omnia*, C. *de vete. jur. enucle.* §. *cumqne hoc in proœm. inſti. cap. ſuper litteris de reſcrip. cap. cum aliquibus, eod. tit. lib. ſexto, Surd. de alim. tit.* 8. *privil.* 56. *num.* 88. *& privil.* 65. *num.* 47. *& deciſ.* 292. *num.* 9. *Card. Tuſc. tom.* 1. *lit. A. concl.* 144. *Mari. Antonin. vari. lib.* 3. *reſolut.* 19. *n.* 5.

49. Actus vitiatur, ſi devenitur ad eum caſum, à quo incipere non poteſt, *l. pro parte* 11. *ff. de ſervit. l. pluribus.* §. *& ſi placeat, ff. de verborum obligat.* Limita in actu conſumato, *l. ſi gaudentius*, C. *de contrah. empt.* Et non valet actus, cujus effectus in tempus prohibitum confertur, *l. quod ſponſæ*, C. *de donat. ante nupt.* Et nihil ab eo caſu incipere poteſt, quo finiri debet, *l. uſufructum, ff. de uſufr. lega.*

50. Actus, vel diſpoſitio in dubio debet intelligi ſecundum qualitatem perſonæ proferentis, & non aliàs, *l. plenum*, §. *equitii, ff. de uſu, & habitat. & ibi gloſ. & Doct. de quibus Cardin. Mantic. de coniectur. ultimarum volunt. lib.* 6. *tit.* 11. *à princip.*

51. Actus à principio nullus, nullum producit effectum, *l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re judic.*

cap. ad

cap. ad præſentiam de appellat. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 250. num. 2. in 1. edit & reſolut. 219. num. 2. in 2. edit. Card. Tuſch. tom. 1. lit. A. concl. 139. Et actus ipſo jure nullus convaleſcere non poteſt, *Cardin. Seraphin. Rotæ Romanæ deciſ.* 229. *n.* 2. [nec ratificari in præjudicium tertii cui jus acquiſitum eſt. *Peck. in c. ratihabitio. de* R. I. *Radel. deciſ.* 125. *n.* 33.]

[§. 7. Actui qui jure fieri nequit, nec pœna adjecta valet *l. Sejuſ. ff. ad L. falcid.*]

[§. 8. Actus etiam nullus quandoque pœnam ſuſtinet *l. ubi pactum de tranſact.*]

52. Actus ſimpliciter geſtus cenſetur factus eo modo, quo debuit, *l. Gallus*, §. *quidam recte, ff. de liber. & poſth. l. ſi hæreditas*, §. *ſervus alienus, ff. de teſtam. tutel.* Actus indifferens in meliorem partem accipi debet, *l. cum creditor, ff. de furtis.*

53. Actus judicialis potentior eſt extrajudiciali, *l. pacta noviſſima*, *C. d. pact.* Actus naturalis efficacior, & potentior eſt violento, *Bart. in l. & per juſiurandum*, §. *qui ita, ff. de acceptil.*

54. Actus, qui ſequitur declarat intentionem præcedentem, *l. ſi hi qui*, C. *de adult.* §. *pavonum inſtit. de rerum diviſ. Tiraq. in l. ſi unquam verbo donatione largitus, num.* 257. C. *de revocandis donat. Surd. deciſ.* 326. *num.* 85. *Flamin. de reſignat. lib.* 7. *q.* 1, *num.* 72. *Stephan. Gratian.*

Digitized by Google

*diſcept.forenſ.cap.*58.*n.*25.*& ſeq.* ubi etiam aſſerit, quod ſecundus actus recipit declarationem à primo. Et actus ſemper præſumitur factus in executionem tractatus præcedentis, *l.*4.§. *unde quæri poteſt*, *ff.de manumiſ.l.qui in aliena*, §. *ſi is qui putabat*, *ff. de acquir.hæred.* cum aliis, de quibus *Maſcard. de probat. concl.*619. *numer.*2.*& concl.* 1239. *num.*8. *Menoch.de præſumpt. lib.*2. *q.*74. *n.*3. *& lib.*3. *q.* 49. *num.* 3. *Surd.deciſ.*325. *num.* 7.*Cardin.Tuſch.tom.*1. *lit. A.concl.*152.

55. Actus cenſetur perpetuus, qui certo temporis ſpatio non concluditur, *l.juris peritus in princip. & ibi Bart.ff. de excuſat. tutor.l. de pupillo*,§. *ſi quis ipſi prætori*, *ff. de novi operis nunciat.cap. ſi gratioſe de reſcript.lib.ſexto*,*Flamin. de reſignat.lib.*11. *q.*5.*n.*42.

56. Actus ſemel confirmatus perpetuus eſt, etiam ſi ceſſet cauſa perficiens, *Cald.Pereira de empt.cap.*23.*nu.*48.

57. Actus ſemper judicatur à principali intentione agentium, *l. ſi quis nec cauſam*, *in princip.& ibi Bald.ff.ſi cert.pet.l.*1. *C.ad leg. Cornel. de ſicar. l.qui exceptionem.ff.de condict.indeb. Tiraq.de retract. lig.* §. 30.*gloſ.*1.*numer.*4. *Cov. lib.*2.*vari.cap.*4.*nu.*5. *Gom.tom.*2.*cap.*2.*nu.*10. Qualitas enim actus agentis intentionem demonſtrat, *l.non codicillum*,*C.de teſtam.*Et qualis eſt actus, talis præſumitur animus, *l.ſi non convitii*,

vitii, C. de injur. Actus non à nomine, ſed ab effectu judicatur, *l.inſulam, ff.de præſcript.verb. l.cum manu ſata, §.fin.ff.de contrah. empt. l.ſi olei junct.gloſ.C.de locat.*

58. Actus duo ubi reperiuntur facti, cenſetur factus, qui præcedere debuit, *Maſcard. de probat.concl.244.n.5.Surd.deciſ.288.n.33. Mol. de primog,lib.2.cap.7.nu.51.Cot.in memorab.verbo actus. Flamin. de reſignat. lib. 4. q.2. num.36. cum ſeqq.P.Sanch.de matrim.lib.3.diſp.35.nu.19.* Et actus duo eodem die, & loco, & coram eiſdem teſtibus geſti ſunt correſpectivi, *l.ſi ventri, §.fin.ff.d de privil.credito.l.lecta, verſ.dicebam. ff.ſi cer.pet. Surd.de alim.tit.1. q.42.n.48. Bernard Græv.ad pract.cameræ Imper.lib.2. concl.12. nu.7.Cardin.Tuſch. tom.2.lit.C.concl.1043. cum ſeq.Cardin.Seraphin.RotæRomanæ deciſ.359.n.14.*

59. Actus geminatus inducit majorem firmitatem, & plus operatur, quam ſimplex, *l.Baliſta, 32.ff.ad Trebell.l.4. juncta gloſ.ult.ff. pignorat.act.Bart.in l.cum ſcimus, C.de agricol. & cenſit.lib.11.Tiraq.in l.ſi unquam, verbo revertatur, à num.49. C.de revocandis donat. Pinel.in l.2.C.de reſcind.vendit.p.2.cap.2.à num.4. & cap.4.num. 31.& in rub.1.p.n.14.verſ.inde etiam, & nu.43. C.de bon.matern. Menoch.de arbitr.caſu.213.nu. 37.& conſ.10.numer.1. Maſcard.de probat.concl. 347.num.37.cum ſeqq. & concl.621.nu.37.Stephan.Gratian.diſcept.forenſ.cap.395.nu.35. Mari. An-*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ri. Antonin. vari. lib. 1. reſol. 61. numer. 6. & reſol. 110. num. 1. & lib. 3. reſol. 1. n. 32. Card. Tuſch. tom. 4. lit. G. concl. 28. Cardin. Mantic. de tacitis, & ambig. convent. lib. 19. tit. 2. num. 9. Corſet. in tract. de verb. gemin. qui habetur in 12. vol. diverſ. Doct. in antiq. Brun. tract. de augm. q. 4. princ. num. 15. Gig. tract. de penſion. q. 100. num. 5. Hyppol. in ſing. verbo geminatio, & ad l. 1. ſub. num. 38. C. ad leg. Cor. de ſiç. Everard. in cent. locis cap. 91. à locutionis geminatione per totum, & antea cap. 5. pag. 2. in fin. Perez in addit. ad Seg. in l. ſi ex legati cauſa num. 183. ff. de verb. oblig. plura Coſta in l. ſi ex cautione fallent. 14. C. de non numer. pec. Surd. deciſ. 21. n. 10. & nu. 20. & deciſ. 232. nu. 2. Chaſſan. in catal. gloriæ mundi p. 8. conſid. 27. ad finem. infinitos retulit Gabr. lib. 7. com. tom. 1. verb. geminatio, & concinit vulgaris Poëta.

Forſitan hæc aliquis (nam ſunt quoque) parva vocabit,
Sed quę non proſunt ſingula, multa juvant.
Tu tantum numero pugna, perceptaq; in unũ
Contrahe, de multis grandis acervus erit.

60. Actus diſpoſitio interpretari debet, ut videatur proviſum cauſæ magis neceſſariæ, & utili, *l. cum ex pluribus, ff. de ſolutio. Bart. in l. triticùm, ff. de verb. oblig. & in l. ult. C. de alim. pupil. præſtan. Menoch. conſ. 195. nu. 5.* Et actus in dubio cenſetur potius ex cauſa neceſſaria, quam

Digitized by Google

quam voluntaria factus, *l. Ariſt.*§. 1 .*ff.de ju.de-lib.l. pater filium in fin. ff.ad l. Falcid.l. miles*, §. *fin.ff.de adulte. l.proxime*, *ff. de rit.nupt.l. ſi cum dotem*, §. *ſi pater*, *ff.ſol. mat.l. hujuſmodi*, §. *cum pater*, *ff.de legat*.1.

[§. 9. Actus in dubio non præſumuntur gratioſe permiſſi, ſed jure ſervitutis. *VVeſenb. conſ.*88.*nu.*21.*v.& Roland.à Vall. conſ.*9.*nu.*17. *vol.* 3. *& Sutholt. diſp.* 5. *corol.* 3. *ad inſtit. Bull. conſ.*5 .*qu.*5 .]

61. Actus debet ſemper interpretari, ut aliquid operetur, non autem, ut ſit inanis, & inutilis, *l.quoties, ff.de rebus dubiis, Cardin.Tuſch.tom.* 1. *lit. A. concl.* 135. *& n.*2.dicit, quod in dubio quilibet præſumitur elegiſſe viam, per quam diſpoſitio ſua ſit vtilis, & habeat effectum, non autem ut impugnari poſſit, & reddi ad nihilum [*l. miles ff.de teſt.mil.Radel.dec.* 125.*n.*30.] Et verba impropriari debent, ne actus reddatur inutilis, *l. Titia*, 1. §. *Lucius, ff.de legat.*2.

62. Actus in dubio debet interpretari validus, *l. quoties, ff. de reb.dub.l.quoties, ff. de verbor. oblig. Surd. conſ.*44.*numer.* 21. *Mari. Anto. vari. lib.* 1. *reſol.*20. *numer.*16.*Card.Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 136. *Bertazol. tract. clauſular. inſtrumen. clauſula* 1. *gloſ.* 4. *nume.* 5. *& in repetit.l. ſi quis major*, C. *de tranſact. num.* 506. *Pichard. ad* §. *ſi quis alium, nu.* 4. *inſtit. de inutilibus ſtipulat.* Et paria ſunt actum non eſſe

 nullum,

Digitized by Google

nullum, vel de nullitate opponi non poſſe. *gloſ. ſingu. in l. qui habebat*, §. 1. *in verbo conſilium in fin. ff. de manu. teſt. pulchre Deci. conſ.* 456. *conſului, in princip.* [*adde ſup nu.* 45. *not.*]

63. Actus meræ voluntatis excludit juris neceſſitatem, *gloſ. ubi Doctor. in l. ſolent*, §. *fin. ff. de offic. proconſ. & in l. cum de in rem verſo, ff. de uſur. gloſ. in verbo temporis in cap. cum eccleſia Sutrina: de cauſa poſſeſſ. & propriet. Garc. Girond. de privilegiorum, ſeu exemptionum explicat, num.* 278.

64. Actus omnis juſtificatur propter ſcientiam, & patientiam ſuperiorum, *l. quis ſit fugitivus*, §. *ego puto l. quod ſi nolit.* 31. §. *qui aſſiduè, ff. de ædilit. edic. cap. niſi eſſent de præb. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 9. §. 2. *n.* 88. Unde auctoritas ſuperioris excuſat à pœna, *gloſ. in cap. dixit.* 24. *q.* 5. *Farin. de indit. q.* 52. *n.* 83. quem citat *Mari. Antonin. vari lib.* 3. *reſol.* 19. *num.* 4. Et facit licitum quod aliàs eſt illicitum, *l. non videtur*, §. *qui juſſu, ff. de reg. jur. cap. quiſquis, de reg. jur. in* 6. *Doct. in l. juſtè poſſidet, ff. de acquir. poſſeſſ. Farin. q.* 97. *n.* 1. *cum ſeq.* quem etiam refert *Mari. Antonin. ubi proximè.*

65. Actus non dicitur perfectus, quando eſt partim factus, & partim non, *l.* 2. *ibi, quia ipſi animadvertunt aliquid deeſſe, ff. de orig. jur.* plura adducit *Gonzal. ad reg.* 8. *gloſ.* 63. *numer.* 31. Paria ſunt actum non incipere vel cœp-

cœptum non perficere, *l.fin.§.illud.C.de codicil. §. pen. inſtit. quibus mod. teſtam. infirm.*

66. Additamentum non mutat naturam ejus cui adjicitur, *Card. Tuſc. tom.* 1*.lit.A.concl.* 182.

67. Æquiparatorum eadem eſt diſpoſitio, *l.*1*.ff.de legat.* 1. *gloſ. in l.ſi quis ſervo,C.defurt.& in cap. ſi poſtquam, §. fin. de elect. in* 6. *Menoch. arbitr. caſu* 88. *nu.* 8. *Aloyſ. Ricci. in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapol. deciſ.* 223. *nu.* 4. *p.* 2. *Anton. Monach. Bonon. deciſ.*68.*nu.*19.*Card.Tuſch. tom.*3. *lit.E. concl.* 308. *Flamin. de confid. q.*27. *numer.* 74. *& q.*28. *numer.*82. *Mari Anton. vari. lib.*3*.reſol.* 25. *nu.* 10.

[§. 10. Æqualitas ſervanda inter liberos *l. cum pater §.evictio de leg.*2. *l.fin. C.comm.utr:judic. l.ut liberos C. de collat.*]

[§. 11. Æquitati namque naturali dicitur repugnare diſpoſitio per quam fit inæqualis liberorum conditio: *l. inter filios & ibi gl. & Bald.C.fam. erciſc.Cravet: conſ.*783*.nu.*19*.v.tamen Mayn:*2*.dec.*69.]

68. Æquitas præfertur rigori, *l.*1. *§. ſi ego, ff. ſi pars hæred. pet. l. fin. in fine ff. de offic. præſid. l. majorem, ff. de pact.l.*3. *C. de legib. l. placuit. C. de judic. cap. fin. de tranſact. Hyppol.ſing.* 685. *Bernard. reg.* 245. *Tiraq. de retr.lig. §.* 35. *gloſ.* 1. *numer.*4. *Strach. de mercat. tit. quomodo procedendum in cauſa mercaturæ, num.* 4. *Sarm. in lib.* 3. *ſelect cap.*8. *numer:*4. *ad fin. Cov. in reg.*

 poſſe-

Digitized by Google

poſſeſſor. p.2.§.6.à n.2.Fachin.lib.1.contro.cap.3. & lib. 11.cap.3.Donel.comment. jur. civ.lib.23. cap. 2. Mendoc. de pactis lib. 1. cap.3. nu.9. Thomas de Thomaſettis in floribus legum regul. 17. Valaſc. jure emphyt. quæſt. 5. num. 4. Morl. in emporio juris par. 1. titul. 1. q. 11. per totam, Anton. Monach. Lucenſ. deciſ. 68. num. 35. Dummodo ſit ſcripta idem *Anton. Monach. Bonon. deciſ. 19. num. 3. & Florent. deciſ. 70. num. 33. Bertazol. in repetit. l. ſi quis major, C. de tranſact. nu. 32. Rendina in promptuario receptar. ſentent. tom. 1. tit. 100. num. 11.* Nam æquitas non ſcripta, ſcripto rigori ſuccumbit, *Doctor. in d. l. placuit, l. proſpexit, ff. qui, & à quibus.* Unde ubicunque æquitas ſuadet, eſt ſubveniendum, *l. Divus, ff. de in integr. reſtit.*

69. Æquitas in paribus cauſis, paria jura deſiderat, *Anton. Monach. Lucenſ. deciſ. 55. nu. 34. & Bonon. deciſ. 62. ſub num. 4. & Florent. deciſ. 18. nu. 19. & deciſ. 70. n. 45.* Et ſimilis æquitatis ratio ſimilia jura ſuadere videtur, *l. fin. C. ad leg. Falcid. cap. cum dilecta, de confirmat. uti. vel inut.*

70. Affectus non punitur, niſi ſequatur effectus, *l. cogitationis, ff. de pœnis, l. 1. in fine, ff. quod quiſque juris, Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p.5. collect. 1895. & in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 589. nu. 2. in 1. edit. & reſolut. 520. nu. 2. in 2. edit. & deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapol. p. 1. deciſ. 70.*

ciſ. 70. n. 6. Benedict. Ægid. in comment. l. ex hoc jure, ff. de juſtitia, & jure, cap. 7. num. 32. Cardin. Tuſch. tom. 2. lit. C. concl. 544. Thom. de Thomaſettis in floribus legum reg. 18. *Franciſc. Galet. in margarita caſuum conſcientiæ, verbo affectus*, ubi ampliat in cenſuris, cui ampliationi ſubſcribit *Vgolin. de offic. & poteſt. Epiſcopi cap.* 21. *nu.* 3. *verſ. tertio.* Limitatur in *l. generaliter in princip. ff. de calumniator. l. ſi à ſervo, ff. de condict. ob turpem cauſam, l. quiſquis in princip. ff. ad l. Iul. majeſt. l. is qui cum telo, C. ad l. Cornel. de Sicar. l. ſi quis perſuaſerit, C. de furtis, l. ſi quis non dicam, C. de Epiſcop. & cleric. cap.* 1. *de præſumpt. Sayr. in clavi regia lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 28. *Cardoſ. in praxi judicum, & advocat. verbo delictum. num.* 55. *Brunor. à Sole in ſuo compendio verbo affectus*, ubi aſſerit verum hoc eſſe in delictis atrocioribus, & conſuetudines, & ſtatuta pœnalia ſemper intelligi de delictis effectu conſumatis. Limitatur etiam in crimine aſſaſſinii, ubi punitur conatus, etiam ſi effectus ſequutus non fuerit ex *Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p.* 5. *collect.* 1867. *Farin. de delictis p.* 5. *q.* 123. *num.* 77. *Tuſch. d. concl.* 544. *nume.* 8. *Mari. Antonin. vari. lib.* 3. *reſol.* 47. *num.* 6. Limitatur deinde in atrociſſimis delictis: V. g. in crimine læſæ majeſtatis, ſimoniæ, & in volente aliquem veneno perimere, *Aloyſ. Ricci. d. collect.* 1895. *verſ. eſt tamen, Farin. d. p.* 5. *q.*

122.

122. *num.* 14. *Tuſch. d.concl.* 544. *nu.* 21. *Mari. Antonin.d. reſol.* 47. *num.* 7. ubi idem aſſerit de crimine veneficii.

71. Affectio nulla cadit, nec poteſt conſiderari in ignotum, & incognitum, *Ferrer. in conſtit. Cathalon. gloſ.* 1. *n.* 91. In ſpeciebus cadit affectio, ſed non in genere, vel quantitate, *l. nummis. ff. de in lit. jurando, l. ſi fundus, ubi Alex. ff. ad l. Falcid.*

72. Afflicto non eſt danda afflictio, *l.navis, §. cum autem, ff. ad leg. Rhod. de jactu, l. Divus Marcus in princip.ff.de offic.præſid. l.ſi idem, ff. de juriſdict. omn. judic. l. pœna, §. fin. ff. ad l. Pompe. de parricid. l. tam dementis, C.de Epiſc. & cleric. cap. ex parte, de cleric. ægrot. cap. ſi quis à proprio,* 11. *q.* 5. *cap.* 1. *§. ſcriba, de prohib. feud. aliena. per Frederi.Barthol.Perett.ad extravag.ambitioſæ, de rebus eccleſiæ non alien. verbo & ſi per ſex menſes, num.* 4. *Frat. Anton. à Souſa in relect. de cenſur. bullæ cœnæ cap.* 5. *diſp.* 38. *nu.* 3. *Aloyſ. Ricci in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.* 628. *num.* 3. *& in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapol. deciſ.* 45. *numer.* 10. *p.* 2. *Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.* 34. *nu.* 10. *& Florent. deciſ.* 12. *numer.* 14. *& Bonon. deciſ.* 11. *numer.* 64. *Thomas de Thomaſettis reg.* 20. *Card. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 240. *ubi num.* 4. limitat, quando afflictus dat cauſam novæ afflictionis, quia tunc debet addi nova afflictio.

73. Agen-

73. Agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur, *l. jubemus*, §. *œconomus*, *C. de ſacroſan. eccleſ. cap.* 1. *de offic. deleg. cap. qui cum fure, de furtis. cap. quantæ, de ſentent. excomm. Thomas de Thomaſettis reg.* 21. Quod axioma procedit, quando conſentientes cum agentibus co-operantur poſitive, præbendo cauſam efficacem, & propinquam principali actori delinquenti, prout tenent *Cou. in reg. peccatum p.* 2. §. 12. *à num.* 1. proſequitur latè *Menoch. de arbitr. caſu* 348. *cum ſeqq. Clar. in pract.* §. *fin. q.* 87. *uſque ad q.* 90. incluſivè, quem ſequitur *Farin. in praxi crimin. p.* 4. *conſ.* 66. *numer.* 18. *P. Mol. de juſt. tract.* 2. *diſp.* 732. *ſub nu.* 1. *Flamin. de confident q.* 22. *numer.* 5. Ex quibus ita eleganter exponit doctiſſimus, & omni ævo memorandus præceptor meus Doctor Ludovicus Ribeiro â Leiva Senator Regius meritiſſimus in eruditiſſimis, atque utiliſſimis annotationibus ad *cap. non inferenda*, 23. *q.* 3. *nu.* mihi 27. quas publicè interpretatus fuit, dum Decretorum cathedram in Conimbricenſi academia non minus judicij acumine, & litterarum ſplendore, quam ſingulari modeſtia, incomparabilique vitæ integritate, ac morum probitate omnium applauſu, & æquali jucunditate gubernaret. Hæc quæ adeo nota ſunt ſilentio præterire non potui, laudem enim alienam occultans furi comparatur, & eadem pœna eſt

na eſt dignus, ut per *l. hæreditatum, ff. ad legem Falcid. dicit Steph. Gratian. diſcep. forenſ cap.* 111. *nu.* 23.

74. Agenti incumbit onus probandi, *l.* 2. *& l. verius, ff. de probat. l. actor, & l. fruſtra, C. eod. tit. l. fin. ff. de rei vend. l. qui accuſare, C. de edendo,* §. *non ſolum inſtit. de legat. cap. uni. verſ. cum enim. ut eccleſiaſt. benefic. ſine diminut. conferant. Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg.* 19. *Flamin. de confident. q.* 18. *n.* 3. Agens enim ante omnia debet probare ſe eſſe talem, qualem dicit, aliàs audiri non debet, *l. Divus, ff. de re judic. Brunor. à Sole in locis commun. verbo agens* 2.

75. Agere invitus nemo compellitur, *l. uni. C. ut nemo invitus, Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.* 115. *nu.* 3. *Çardoſ. in praxi judicum, & advocat. verbo agere. num.* 3. *Brunor. à Sole in locis commun. verbo compellere, Cal. Pereira quæſt. forenſ. in comment. ad l. uni. C. ex delict. defunctor. p.* 3. *nu.* 20. *in fine*, ubi tenet non procedere in eo qui ſemel cœpit agere, quia deſiſtere ante finem litis non poteſt. [ſc: ſi lis conteſtata fuit, *v. Sande. lib.* 1. *tit.* 7. *def.* 1. *Gail.* 1. *obſ.* 74. *nu.* 5. 6. 7. *Zang. p.* 2. *c.* 1. *nu.* 83. *de Except.*]

76. Allegare nihil, & allegatum non probare paria ſunt, *Roland. Conſil.* 35. *numer.* 10. *& numer.* 20. *lib.* 1. *Card. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 117. *nu.* 19.

77. Allegatio partis non facit jus, *gloſ. verbo non*

Digitized by Google

bo non poſt multum, in cap. 2. *de his, quæ ſiunt à prælat. Palat. in repetit. rub.* §. 17. *nu.* 22.

78. Alienabilis res ſemel factá, perpetuò manet alienabilis, *cap.* 2. *de feudis. Cald. Pereira de renovat. emphyt. q.* 11. *num.* 30. *Ceval. commun. q.* 897. *Scac. de appellat. q.* 17. *limita* 47. *memb.* 1. *num.* 111. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 6. *nu.* 194. *Ioan. Franciſ. Leo in Theſauro fori eccleſ. p.* 1. *cap.* 15. *numer.* 3.

[§. 11. Alienationis ex prohibitione ſimplici non inducitur fideicommiſſum reale, ſed conditionale; ſed conditionale, ſcil: ſi alienaverit *Kinſch. reſp.* 89. *n.* 51. *per. l. pater filium.* §. *filium de l.* 3. & ad diſtractionẽ inter vivos reſtringitur, non ad teſtamentariam, quæ eſt favorabilis: *ibid. nu.* 53. Talis enim prohibitio eſt odioſa: *ibid. nu.* 52. *per d. l. pater* §. *fundum: & ibi Bart.*]

79. Alienatum non dicitur, ſi non durat alienatum, *l. ſi pro parte,* §. *verſum, ff. de in rem verſo. cap.* 1. *quid juris ſi ſit vaſſallus poſt alienationem feudi,* cum traditis per *Menchaq. illuſtr. cap.* 32. *num.* 3.

80. Alienum factum nemo promittere poteſt, *l. ſtipulatio iſta* 38. *in princip. ff. de verbor. obligat. l. ſicut, ff. de fidejuſſo.* §. *ſi quis alium, inſtit. de inutil. ſtipulat.* Unde curare nemo poteſt de alieno facto, text. eſt in *l. Marcellus.* §. 1. *ff. de actio. rerum amotar.* facit *ordinatio regia Luſitanorum lib.* 3. *tit.* 52. §. 3. *& tit.* 59. §. 7. cum ibi no-

Digitized by Google

ibi notatis. [Si tamen promittat ſe curaturum ut alter faciat; diligentia tantum requiritur & difficultas excuſat. *l. quoties* 59. *de V. O. DD. in d.l.* 38. *kinſch. reſp.* 102. *nu.* 19.]

81. Aliud pro alio invito creditore ſolvi non poteſt, *l.* 2. §. *mutui datio, & ibi gloſ. fin. ff. ſi cert. pet. l. promiſſor,* §. *fin. ff. de conſtit. pecun. l. item liberatur,* §. *qui paratur, ff. quibus mod. pignus, vel hypotheca, l. eum à quo cum l. ſeq. C. de ſolut. Cot. in memrab. verbo ſolvi, pag.* 767. *Donat. à Fin. tom.* 2. *commun. opin. lib.* 8. *tit.* 27. *de ſolut. numer.* 36. *pagin. mihi* 393. *Guter. de juram. confirm. p.* 1. *cap.* 29. *Eſcobar. de ratiocin. cap.* 17. *numer.* 1. *Pichard. in diſpu. de mora numer.* 97. *Surd. deciſ.* 224. *num.* 16. *Ceval. comm. contra commun. tom.* 4. *q.* 899. *numer.* 97. *Girond. de privilegiorum, ſeu exemptionem explicat. num.* 203. *Anton. Monach. Bonon. deciſ.* 35. *num.* 8. *Vitalis de Cambanis tract. clauſular. pag.* 376. *numer.* 1. *Cardin. Tuſch. tom.* 7. *lit.* 5. *concl.* 354. *Thomas de Thomaſettis reg.* 31.

[§. 13. Alimentorum nomine & *veſtes* veniunt *l. verbo victus ff. de V. S. Menoch.* 4. *præſ.* 157. *nu.* 15, 19. Si tamen ut *merces* habeantur & vendantur, non veſtimenta nec alimenta, ſed mercimonia ſunt, nec immunes à gabellis: Novum enim non eſt ut idem ex *diverſo fine* alium atque alium effectum ſortiatur, & licitum vel illicitum cenſeatur: *gl. in* l. 1. *ff.* quod quiſque univerſ. nomine. *Bart. in l. ſi ut certo*

§. nunc

§. *nunc videndum ff.Commod. Salyc.in l.*1. *C.eod. Everb.loc.à fine nu.*3.4.

82. Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, *l. non debet, ff. de regulis juris. l. debitorum pactionibus, Codic. de pactis, capit. ſi compromiſſarius, §. porro, de elect. libro ſexto, cap. non debet.* 22. *de regulis juris eod. lib. Cardin. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 313. *ubi numero ſecundo*, extendit etiam inter Judæos. *Thomas de Thomaſettis regula* 33. ubi aſſerit procedere in acquiſitis, ſecus autem in acquirendis, & regul. 20. intelligit procedere, quando quis in culpa non fuit.

83. Ambiguis in rebus media via eſt eligenda: noviſſimè *Anton. Monach. Florent. deciſion.* 12. *numer.* 23. *& Bonon. deciſ.* 19. *numer.*21. Et ambiguis in rebus non debet eſſe abſolutum judicium, *cap. habuiſſe* 33. *diſt.* Et in ambiguis ſequimur, quod eſt minimum, *l. apud Iulianum. §.ſcio, ff. de leg.* 1. *l. ſemper in obſcuris, ff. de regul. jur. cap. in obſcuris, eod. tit. in* 6. *Thomas de Thomaſettis regul.* 152. ubi intelligit procedere, quando medium non eſt.

84. Amicitia vera ſimilis eſt conſanguinitati proximiori, ut per *Cou. in cap. requiſiſti numer.* 7. *de teſtament. Rebuf.de privileg. ſcholar. privileg.* 104. *Tiraq. de pœnis temper. cauſa* 22.

Menoch. de præſumpt. lib. 4. q. 89. num. 70. Surd. de alim. tit. 6. q. 21. num. 4. Azeu. ad l. 34. num. 3. tit. 6. lib. 3. novæ recopil. Morl. in empor. juris civilis p. 1. tit. 2. in prælud. num. 201. P. Sanch. de matrim. lib. 6. diſp. 26. nu. 2. Card. Mantic. de tacitis, & ambig. convent. tom. 2. lib. 13. tit. 20. à nu. 2. cum ſeqq. D. Chriſtophorus de Paz in ſchol. ad leges ſtyli, l. 63. nu. 34. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 200. num. 4. Cardin. Tuſch. tom. 1. lit. A. concl. 326. Unde amicus in jure frater nuncupatur, *l. nemo dubitat, verſ. qui frater, ff. de hæred. inſtit.*

85. Amiſſum non dicitur, quod non durat amiſſum, *l. pro parte, §. verſum, ff. de in rem verſo Fr. Emman. Roder. tom. 2. regular. q. 78. artic. 12. verſ. nec etiam obſtat*, & faciunt quæ *Menchaq. illuſtr. cap. 32. nu. 3.* Paria ſunt rem amittere, vel deteriorem factam recipere, *l. navis onuſtæ, §. fin. ad leg. Rho. de jac.* [*v. plene Gædd. in l. 14. tot & nu. 15. de V.S. & adde intra H. nu. 1.*]

[§. 14. Amiſſa proprie res dicitur quæ ita abeſt, ut nulla actio ſuperſit, qua vel ipſam rem vel ejus precium conſequi licet, *Gædd. d. l. 14. nu. 25.*]

89. Annalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum, *l. pure, §. fin. ff. de doli exceptio. l. licet, C. de exceptio. l. 4. C. qui admitti. Cald. Pereira in l. ſi curatorem, verbo infra num. 15. C. de in integrum reſtit. minor. Surd. deciſ. 277. num. 17. Stephan.*

*phan.Gratian.Marchiæ deciſ.*151.*nu.*12.*D.Chriſtoph. de Paz in ſchol. ad leges ſtyli l.*184. *num.*3. Quod axioma intelligi debet, quando quis non poteſt jus ſuum proponere in judicio principaliter agendo, ſed tantum excipiendo, quia tunc perpetuo poteſt excipere, ſecus verò, quando jus ſuum poteſt proponere etiam principaliter agendo infra certum tempus, quia tunc ſimiliter tenetur infra illud excipere, argum.text.in *l,Papinianus,* §. *ſi filius,ff. de inoffic. teſtamen.* qui intellectus colligitur ex reſolutis per *Gom.tom.*2. *vari. cap.*6. *num.*2. *prope finem,* alium vero præſtat. *Guter.pract.lib.*1. *q.*66. *nu.*3. *verſ.ſed nihilominus.*

87. Annexi,& connexi idem eſt judicium, etiam ſi annexum ſit majoris valoris, *cap.cum ſingulis, juncta gloſ. verbo annexi, de præben.lib. ſexto, gloſ. verbo connexa in cap. quanto, de judic. Hyppol.ſing.*251.*Guilhelm.in cap.Raynutius, verbo & hortum à nu.*1. *Menoch.de arbit.lib.*1.*q.*45. *& lib.*2.*caſu* 95. *Girond.de privilegiorum, ſeu exemptionum explicat.nu.*751.

88. Anima pretioſior eſt corpore ex auctoritate *Chriſti Domini Matth.cap.*5.*& Luc.cap.*12. *& text.in cap.ſedulo,* 38.*diſt.cap.præcipimus.*12. *q.*1. *cap. cum infirmitas ad finem, de pœnitent. & remiſſ.Cardoſ.in praxi judicum, & advocat. verbo anima à nu.*1. Et dicit Philoſophus *lib.*1. *de anima, cap.fin.* corpus animi cauſa conſtitutum

 eſſe.

eſſe. Anima igitur cæteris rebus anteponenda eſt, *l. ſancimus*, C. *de ſacr. eccleſ.* Tiraq. *de privileg. piæ cauſæ in præfat. num.* 9. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *q.* 112. *nnm.* 4. *& q.* 152. *numer.* 4. *Maſcard. de probat. concl.* 1171. *num.* 5. *Surd. deciſ.* 196. *num.* 12. *Guter. in repetit. l. nemo poteſt, num.* 486. *ff. de legat.* 1. *Cardin. Mantic. de tacitis, & ambig. convent. tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 28. *nu.* 10. *Cardin. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 333. *Bertazol. in repetit. l. ſi quis major*, C. *de tranſa. num.* 12. *Barthol. Perett. ad extravag. ambitioſæ, de rebus eccleſiæ non alien. verbo præterquam numer.* 11. *pag.* 178. *Mari. Antonin. vari. lib.* 2. *caſu* 37. Et ubi agitur de ſalute animæ non debent attendi apices juris, *Tiraq. d. tract. de privileg. piæ cauſæ privil.* 164. *Ceval. commun. contra commun. q.* 71. *numer.* 1. Et tutior pars eſt ſequenda, *l. & ſunt perſonæ, ff. de religioſ. & ſumpti. funer. cap. conſilium de obſervat. jejuniorum, Nau. in man. prælud.* 1. *numer.* 1. *& numer.* 4. *& ſeq. & cap.* 25. *numer.* 6. *Reminald. conſ.* 358. *à numer.* 260. Et leges pœnales quæ ſubditorum animæ conſulunt favorabiles ſunt cenſendæ, & extendi debent, *Tiraq. ubi proximè privil.* 161. *Cou. de ſponſal. p.* 2. *cap.* 6. *in princip. num.* 12. *Azev. l.* 2. *num.* 4. *tit.* 1. *lib.* 5. *nov. recop. Perez l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 5. *ordin. pag.* 39. *P. Sanch. de matrim. lib.* 1. *diſp.* 39. *num.* 5. *& lib.* 3. *diſp.* 1. *num.* 8.

89, Antecedenti conceſſo, conceditur & conſe-

conſequens,vel antecedens velle videtur, qui voluit conſequens, *l.2.ff.de juriſdict.omn.judic. Everard.in topic.legal.loco* 94. *Ant. Monach.Florent.deciſ.*29.*num.*15. Intellige, quando antecedens eſt neceſſarium ad conſequens conſequendum:ex reſolutis per *Ferrer. in conſtit.Cathalon.gloſ.*5.*nu.*78. *&, nu.*82.

90. Antecedenti deſtructo, nullum eſt dare conſequentiam, *l.*1. §.*hujus rei, ff.de officio ejus,l.verteres, ff.de iti.actuque priva. Everard.in topic.legal.loco* 96.*Cravet conſ.*231.*nu.*2. *Anton. Monach.Florent.deciſ.*29.*nu.*16. ubi tenet,quod remoto antecedenti, ejus conſequens removetur.

91. Approbare quis non poteſt, quod ſemel impugnavit, *l. diſpenſatorem, ff. de ſolut. Menoch. conſ.*395. *num.*89. *Surd.conſ.*157.*num.* 10. *& conſ.* 169. *num.*2. *cum ſeqq. & conſ.* 364. *num.*27. Et actum impugnans non poteſt illum approbare,nec ſe in illo fundare,*Rota Rom. apud Farin. deciſ.*636.*num.*8.*tom.*2.*p.*1.*& deciſ.* 596.*num.*5.*ibid.*

92. Approbatione totius quęlibet ejus pars approbata cenſetur. *Ant.Mon.Bon.deciſ.*55. *numer.*11.

93. Approbatum ſemel,non poteſt amplius reprobari, *l. Pomponius, ff. de negot. geſt. Surd. conſ.*18.*n.*2.*& conſ.*351.*nu.*41.*& deciſ.*132.*n.* 4. *P.Sanch. de matrim.lib.*9. *diſp.*6.*nu.*9. *Anton.*

Monach. Bonon. deciſ. 34. *nu.* 2. *Thomas de Thomaſettis reg.* 37. *Mari. Antonin. vari. lib.* 2. *reſol.* 30. *nu.* 25. Sed contra eſt in *l. ſed & reprobari, ff. de excuſat. tut. & l. ut gradatim, §. reprobari, ff. de muncrib. & honor.* At hoc in principe, illud in privatis.

94. Arbitrio judicis relinquitur, quod in jure definitum non eſt, *l.* 1. *ff. de jure deliber. l. in venditione, ff. de bon. auctor. jud. poßid. cap. de cauſis,* §. 1. *de offic. deleg.* ubi doctores pluribus comprobant *Corraſ. lib.* 4. *miſcel. cap.* 12. *nu.* 5. *cum ſeqq. Neviz. in Sil. nupt. lib.* 5. *numer.* 74. *Menoch. de arbitr. lib.* 3. *in proœm. nu.* 5. *& q.* 14. *numer.* 3. *cum ſeqq.* quos citat *Ioan. Petr. Monot. tract. de diſtribut. quotid. p.* 3. *q.* 10. *nu.* 4. *ubi num.* 5. oſtendit ex eodem *Menoch.* locum id habere non modo in jure ſcripto, ſed & in non ſcripto, ſeu conſuetudine, *& nu.* 7. id locum obtinere etiam quo ad pœnam.

[§. 15. Argumentorum materiam, tractant *DD. in l. conventicula* 15. *C. de epiſ. & cleric.*]

95. Argumentum valet ab abſurdo, *l. ſcire oportet, §. aliud. ff. de excuſat. tutor. l. nam abſurdum, ff. de bonis libert. l. ſive hæreditaria in fine, ff. de negot. geſt. l.* 1. *§. unde quæritur. ff. de public. l. ita vulneratus, verſ. quod ſi quis abſurde, ff. ad leg. Aquil. l. divortio, ff. ſol. matrim. l. aliud, §. fin. ff. de reg. jur. cap. venerabilem circa medium, cap. in geneſi de elect. cap. ex ore, de privileg. cap. ſolitæ, de*

major.

major.& obed. cap.cum inter, de excep. cap.quemadmodum, de jurejur. cap. cum ſatis ſit abſurdum de offic. archi. Everhard. in topic. legal. loco 8. *Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg.* 42. *Menoch. conſil.* 12. *numer.* 3. *& conſil.* 37. *num.* 118. *& conſil.* 76. *num.* 12. *& conſil.* 84. *num.* 23. *& conſi.* 95. *numer.* 76. *Surd. conſil.* 116. *numer.* 45. *Seraphin. de privileg. juramen. privil.* 30. *num.* 12. *Flam. de confident. q.* 26. *nu.* 20. *Mari. Antonin. vari. lib.* 2. *reſol.* 32. *nu.* 12. *& reſol.* 59. *caſu* 19. ubi aſſerit procedere etiam in ſtatutis. Et fortiſſimum, ac firmum eſt in jure noſtro, *Anton. Oliban. de jure fiſci, cap.* 13. *nu.* 60. *pag. mihi* 262. *noviſſ. Rota Roma. apud Farin. deciſ.* 256. *num.*4. Valet tamen, quando verba nihil operarentur, etiam ſi inducatur juris correctio, *Seraphin.d.tract.de privileg. juram. privil.* 107. *num.* 40. *P. Sanch. de matrim. lib.* 4. *diſp.*23.*nu.* 37. In omnibus vero diſpoſitionibus ſemper eſt vitandum, *l.ſi ita* 39.*in fine,ff.de oper. libert.d.cap.in geneſi, Everard. d.loco* 8. *Peregr. de fideicomm.art.*11.*n.*46.*Card.Mantic.de conjectur. ultim.volunt.lib.*3.*tit.*7.*à princip.& de tacitis, & ambiguis convent. lib.*2. *tit.*13. *per totum, Valaſc. conſult.*174.*n.*11.*Farin.d.deciſ.*256.*n.*3. junctis quæ ſupra notantur hac ead.*lit.n.*5. & infra *lit. I.n.*26. Et in omni diſpoſitione, vel actu interpretatio fieri debet, ut abſurditas evitetur ex *d. l.nam abſurdum, l.fin.in princip. C.de uſu.rei judi-*

ca.l.divortio, ff.ſolut.matrim.l.de pupillo, §.ſi quis forte, ff.de nov. oper.nuntia.l.pen.ff.ad exhib.Rota Romana apud Farin.*deciſ.*552. *nu*.12. *tom*.2.*p*.1.

96. Argumentum ab adulto ad pupillum non valet, ut per *Card. Tuſch. pract.concluſ.tom.* 1.*lit.A.concl.*510.*nu*.12.

97. Argumentum validum eſt ab æquiparatis, *Menoch.conſil.*32.*nu*.17.*Stephan.Gratian. diſcept.forenſ.cap.*298.*nu*.70.Procedit ſolum in caſu æquiparato, *l.Stichus, ff.de manum.teſtam. Surd.de alim.tit.*9.*q*.1.*n*.9.*& conſil.*393.*n*.36. *Franciſc. Molin. de ritu nup. lib.* 3. *q*. 46. *nu*. 24. Quando ſcilicet eſt ſimilitudo in eo, in quo fit æquiparatio, *Surd.deciſ.* 119. *num*. 16. *&* 21. *Card. Seraphin. Rota Romana deciſ.*288. *numer*.5. Non habet tamen locum in correctoriis, *Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.*49. *nu*. 13. *Cald. Pereira de poteſt. eligendi cap.* 7. *num*.5. Nec ſumitur ubi militat ratio diverſitatis, *Surd. conſil.* 50. *num*. 25.

98. Argumentum affirmativum non deducitur ex verbis negativis, ut in ſimili ſpecie probat *tex.in l. Titia, §.Lucius, ff.de manum.teſtam.* conſonat *tex. in l. ex facto* 19. *ff. de hæred. inſtit.*ex quibus ita reſolvit*Bald.in l.*2.*C.de conditio. infert.* communem fatetur *Everard. in topic.loco* 4. *verſ. ſecundo iſtud limitatur*, & conſtanter ſequitur *Garc.reg.*45. *nu*.1. & tenet *Seraphin.de privil.juram.privil.* 1.*nu*.4.

99. Argu-

Digitized by Google

99. Argumentum non valet ab alienatione ad locationem, ut per *Anton. Monach. Bonon. dec. 16. nu. 9.* Secus tamen ſi ſit locatio ad longum tempus, quia alienatione prohibita, illa prohibetur, *Cald. Pereira de renovat. emphyt. q. 16. nu. 7. & de reſolut. emphyt. cap. 5. nu. 32. Benedict. Ægid. in repet. l. ex hoc jure, ff. de juſt. & jure p. 1. cap. 9. num. 7. Cardoſ. in praxi judicum verbo locatio nu. 9.*

100. Argumentum validum eſt de alienatione facta in teſtamento, ad alienationem in contractu geſtam. *Menoch. conſil.* 116. *numer.* 44.

101. Argumentum valet de alimentis ad legitimam, & è contra. *Ceval. commun. contra commun. q. 780. nu. 243.* Sed non eſſe hoc perpetuo verum aſſerit *Valaſc. de partit. cap. 19. n. 39. cum ſeq.*

102. Argumentum validum eſt de alimentis ad dotem, *Everard. in topic. legal. loco 29. Cantiunc. in 19. ſpecie loci à ſimili, Vivi. tom. 1. commu. opin. lib. 5. tit. 7. n. 120. pag. 729. Menoch. de præſumpt. lib. 4. q. 189. n. 29. Tiraq. de jure primog. q. 62. num. 4. & nu. 12. cum ſeq. Lar. in l. ſi quis à liberis, §. idem judex, nu. 24. cum ſeqq. ff. de liber. agnoſc. Sebaſtian. Nævi. ad l. ob æs alienum. 12. nu. 2. C. de prædiis minor. Cald. Pereira quæſt. forenſ. conſil. 1. nu. 33. P. Sanch. de matrimon. lib. 4. diſp. 26. num. 1. Cardin. Seraphin. Rotæ*

Romana

*Romanæ deciſ.*447. *nu.* 7. ubi intelligit ſi ſit eadem ratio. Non habet tamen locum, ubi eſt ratio diverſi juris, *Surd.de alim.tit.*9. *q.*1. *nu.*8. ubi *nu.*10. reſolvit, quod ſumitur ſolum negativè, non affirmativè, ſed affirmativè valere dicit *Cardin.Mantic. de tacitis,& ambig.convent. lib.*12.*tit.*16.*nu.*17. Et è converſo valet argumentum de dote ad alimenta, *Menoch.d.lib.*4. *q.*191. *num.*3. *Molin.de primogen. lib.*2. *cap.*15. *nu.*8.*Franciſc.Molin.de ritu nupt.lib.*3.*q.*46.*num.* 10. Valet tamen affirmativè, non negativè ex *Surd. d.tract.de alim.tit.*1.*q.*6. *num.*16. *Mantic. d.tit.*16.*nu.*16. Dos enim, & alimenta æquiparantur, *gloſ. in d. l. ob æs, C. de prædiis minor. Bart.in l.ult. nu.*7.*ff. quibus ut indign. Xuar. in l. quoniam limit.* 2. *C. de inoff. teſtam.Tiraq.de jure primogen. q.*62. *ex nu.*4. *Mol.Card.Lar.& Mantic. dictis locis.Brunor.à Sole in locis commun.verbo dos* 12.cum dos ſuccedat loco alimentorum, ex *Surd. d. q.* 1. *num.* 14.

103. Argumentum valet de alimentis ad piam cauſam, *Cantiunc.in topic.legal.in* 14. *ſpecie loci à ſimili.* Nam cauſa alimentorum dicitur cauſa pia, *Tiraq.de privileg. piæ cauſæ fol.*10. *& ſeq. Card. Mantic. de conjecturis ultim. volunt. lib.*6. *tit.*3. *nu.* 22. *& de tacitis, & ambiguis convent.lib.*13.*tit.*12.*n.*1.

104. Argumentum de anima ad corpus non eſt validum, ut per *Stephan.Gratian diſcept. forenſ.*

*forenſ.cap.*200.*num.*22. ubi è contra aſſerit valere de corpore ad animam. Anima enim pretioſior eſt corpore,ut ſupra dictum eſt hac ead. *lit.num*.88.

105. Argumentum valet ab antecedenti, *Everard. in topic. legal.loco* 94. *&* 96. *Cantiunc. loco* 16. Et argumentum ab antecedenti neceſſario validum eſt in omni materia, quantumvis ſtricta, & etiam in ſententiis, ex *Cardin. Seraph.Rota Romana deciſ.*776.*n.*1.

106. Argumentum ab auctoritate Doctorum validum eſt, *l. antiqui, ff. ſi pars hæred. cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrim. cap. omnes principes de major. & obed. cap. ſignificaſti*, 2. *de homicid. Everard. in topic. legal. loco* 48. *Petrus Andreas Gammarus in Dialectica legali lib.* 2. *loco ab auctoritate Menoch. conſ.* 9. *nu.* 8. *& conſ.* 18. *nu.* 7. *&* 13. *& conſ.* 33. *nu.* 27. *Iacob. Valdes de dignitate Regum, regnorumque Hiſpaniæ cap.* 2. *num.* 1. Valet etiam argumentum ab auctoritate alterius magni viri, *l. ſi pater, ff. de ſolut. l. ſeptimo menſe, ff. de ſtatu hominum, Card. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 490. ubi *num.* 2. limitat quando auctoritas magnorum virorum, prout Ariſtotelis, & ſimilium eſt contra legem, quia non attenditur.

107. Argumentum valet de bello ad peſtem, ita *Ripa tract. de peſte in princip. num.* 11. Peſtis enim dicitur bellum inter Deum,& homines,

mines, ex *Bart.in l. naturaliter, n.*23. *ff. de uſucap.Ripa ubi proxime,Iodoc.in enchiridion parium, verbo peſtis*.

108. Argumentum validum eſt de beneficiis ad officia ut per *Mandoſ. ad regul Cancel.regul.*32.*q.*2.*n.*2.*Cabed.Luſit.deciſ.*91.*num.*4.*p.*2. Et è contra valet de officio ad beneficium, *Cald. Pereira in l. ſi curatorem,verbo læſis,nu.* 39. *Cod. de in integr. reſtit min. Anton. Oliban. de jure fiſci cap.* 13. *numer.*61.nam beneficia dantur propter officia, ut notatum eſt infra *lit. B. nu.* 3.

109. Argumentum non valet à caſibus expreſſis ad non expreſſos, ubi non eſt facta totalis æquiparatio, maximè non concurrente identitate rationis, *Cardin. Seraph.Rotæ Romanæ deciſ.* 353.*nu.*3.

110. Argumentum à cauſa valet, *Claudius Cantiunc. in topic.legal. loco* 20. *Ioannes Appellus de ratione explicandi Dialecticam, cap.* 3. *de cauſa*, *Petrus Andreas Gammarus in Dialectica legali.lib* 1.*loco* 11.ubi *loco* 12.deducit argumentum à cauſa materiali,& *loco* 13.à cauſa formali,& *loco* 14.à cauſa efficienti,& *loco* 15.à cauſa finali.

111. Argumentum à ceſſante ratione valet, *l. quod dictum eſt,ff. de pact. Everard. in topic. legal. loco* 85.*Menoch.conſ.*60. *numer.* 71. *& conſ.* 93. *nu.*9.*& conſ.*95.*nu.*84.*& conſ.*96.*nu.*10.*& conſ.*

124.*n.*

Digitized by Google

124.*n.* 76.*& de præſumpt.lib.*4.*q.*190. *num.*25. *Surd.conſ.*383. *nu.*14. Et eſt infallibile in jure, ex *Seraphin. de privileg. juram. privil.*21. *nu.*2.

112. Argumentum à charitativo ſubſidio ad decimam Papalem validum eſt, *Ioan. Pet. Monet.tractat. de decim.cap.*9. *q.*3.*nu.*125.*& de diſtribut. quotid.p.*3. *q.*9. *n.*23.ubi citat *Bellenz. tract. de ſubſid.charitat.q.* 37.*nu.*3.*& Remig. eod. tract. q.* 37. *nu.* 14. *&* 23.

113. Argumentum à civilibus ad criminalia potentiſſimum eſt, frequens, & utile, *Evera.in topic. legal. loco* 77. *Cantiunc. in* 35. *ſpecie loci à ſimili, Maſcard. de probat. concl.* 332. *nu.* 6. An, & quomodo valeat in materia confeſſionis, vide *Farin. in praxi crimin.p.*3.*q.* 81.*nu.*64. *& ſequent.*

114. Argumentum à collatione ad imputationem in legitimam optimè procedit negativè, ſecus affirmativè, *Cardin. Seraphin. Rotæ Romanæ deciſ.* 568. *nu.* 7.

115. Argumentum à communiter accidentibus validum eſt, *l. certi condictio, §. ſi nummos ibi cum quotidie,ff.ſi cert.pet.l. ideoque ubi gloſ. ff. de legi. l. quadam, §. nummularios, ff.de eden. glo. fin.in l.neque natales,* C. *de probat. cap.*1. *de cleric.non reſid.Everard.in topic.legal.loco* 56. *Petr. And. Gammar. in Dialectica legali lib.* 1. *loco* 20. *Pariſ.conſ.*87.*num.*24.*vol.*3.*Maſcard. de probat. concl.*144.*num.*20. *& concl.*445.*nu.*6. *Menoch. conſ.*

conſ.5.nu.2.& conſ.10.nu.7. & conſ.670.nu.7. & de præſumpt.lib.6.q.19.nu.5. Brunor.à Sole in locis comm.verbo argumentum 1.*Surd. deciſ.* 231. *nu.*18. *& de alim.tit.*7.*q.*9.*nu.*15.*& conſ.*132. *nu.*22.*& conſ.*135.*nu.*30.*& conſ.*452.*nu.*46. *& conſ.*540.*nu.*26.*Aldovix.conſ.*44.*nu.*5. *Ioſeph.de Seſſe Aragon.deciſ.*121.*nu.*3. *Cæſar Argel.de contradictore legitimo q.*16.*nu.*36.*Card.Tuſc.tom.*1. *lit.A. concl.*493. Et fortiter valet ad excludendam copulam carnalem, & probationem honeſtatis, *Farinac. in praxi crimin.p.*5.*q.*136.*nu.* 192. Et in probanda meretricia turpitudine frequenter admittitur, *Everar.ubi ſupra, Maſcar. concl.*103.*nu.*20.*Tuſch.d.concl.*493.*nu.*6. Nam à communiter accidentibus ſequitur pręſumptio veritatis, *d.l. neque natales, C. de probat.* & quod communiter fit, cenſetur legitimè fieri, *d.l.certi condictio*, §.*ſi nummos, ff.ſi cert.pet.* & ad communiter accidentia lex ſe facilius adaptat *l.nam ad ea ff.de legib.*cum aliis infra citatis, *lit.I.nu.*43.

116. Argumentum à connexis valet, *Cantiunc.in topic.legal.loco* 15. *Petr. Andr. Gammar. in Dialectica legal. lib.*2. *loco* 2. junctis, quæ infra notavi *lit.C.num.*41. Et ab adjunctis colligit argumentum, *idem Cantiunc.loco* 14.

117. Argumentum à conjunctione plurium diſpoſitionum, vel ſtatutorum validum eſt, ut per *Cardin. Tuſch.tom.*1.*lit.A.concl.*503. Et à

Digitized by Google

Et à conjunctione, ſeu combinatione duarum legum deducit argumentum, *Everard. loco* 11.

118. Argumentum à conſequenti valet, *Everard. in topic. legal. loco* 95. *&* 97. *Cantiunc. loco* 17. *Petr. Andr. Gammar. in Dialectica legali lib.* 2. *loco* 6.

119. Argumentum à conſtitutione municipali, & ſtatuto ad reſcripta validum eſt, quia pariter interpretantur, ut reducantur conformia juri communi, *Cardin. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 496. *num.* 1.

120. Argumentum à conſuetudine ad privilegium valet, *cap. cum contingat, de foro compe. Flamin. de confident. q.* 38. *nu.* 16. nam conſuetudine poteſt introduci, quicquid poteſt per privilegium concedi, *Cardin. Tuſch. tom.* 2. *lit.* C. *concl.* 808.

121. Argumentum de conſuetudine ad ſtatutum validum eſt, *Surd de alim. tit.* 8. *privil.* 56. *nu.* 27. *& conſ.* 2. *num.* 29. *Mari. Antonin. vari. lib.* 1. *reſol.* 1. *num.* 3. *Cardin. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 507. *nu.* 20. Et è contra de ſtatuto ad conſuetudinem valet argumentum, *l. de quibus, ff. de legi. Remig. tract. de charitat. ſubſid. q.* 61. *in fine num.* 64. *Sigiſmund. Scacci. de appellat. q.* 2. *numer.* 29. *verſ. tertia.* Nam conſuetudine, quæ non poſſunt introduci, neque ſtatuto valent, ex *Cardin. Tuſch. tom.* 2. *lit.* C. *concluſ.* 810.

122. Argumentum de contractibus ad judicia,

dicia,& è contra valet,*l.ſi quis ſervum,& l.ſi quis cum filio, ff.de pecul. l. omnem, ff. de judic.gloſ. communiter recepta in auth.ſacramenta puberum, verbo contractibus,C.ſi adverſus venditionem,Guter. de juram. confir. p.1.cap.1.nu. 35. Melchior. Phœb.Luſit.deciſ.62.num.5.tom.1.*

123. Argumentum de contractu ad quaſi contractum validum eſt,*l.ſi pupilli,§.ſi quis ita, ff.de negot.geſt.l.apud Iulianum,§.fin.cum l.ſeq.ff. ex quib.cauſ.in poſſeſſ.eatur,l.ait prætor in princip. juncto §. non ſolum.cum ſeq.ff. de minor. Everard. in topic.legal. loco* 18. *Cantiunc.in* 8. *ſpecie loci à ſimili.Cæſar.Argel.de contradictore legit.q.3.num.* 30.Non procedit in præjudicium tertii,*Ioſeph. de Seſſe de inhibitio.cap.9.§.3.nu.13.*

124. Argumentum de contractu ad diſtractum valet,*l. Pomponius, §.præterea,ff.de acquir. poſſeſſ.l.item veniunt in princ. juncto §.1.ff.de petit.hæred. cap.de illis 1. in princ.de deſponſ.impub. juncto cap. uni. §.idem quoque, eod.tit.lib.6. Everard. in topic.legal. cap.19. Cantiunc. in 9. ſpecie loci à ſimili, D. Barb. in l.hæres abſens, §. proinde, numer.13.ff.de judic.Sebaſtian.Nævi.ad l.nihil tam naturale 36.nu.3.cum ſeqq. & ad l.fere 195. ff.de reg.jur.* Contractus enim, & diſtractus à pari procedunt, & ſunt ejuſdem naturæ, *d.§. præterea,l.ab emptione 59.ff.de pact.l.de tutela,C. de in integr.reſtit.min. Surd. de alim.tit.8. privil. 22.nu.6.Pichard.in diſput.de mora,nu.141.Cald.*

Pereira

Pereira de poteſt. eligendi cap. 7. nu. 15. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 168. nu. 7. & 10. cum ſeqq. Ceval. comm. contra comm. q. 897. nu. 886. tom. 4. Card. Mantic. de tacitis, & ambiguis convent. lib. 1. tit. 2. à nu. 15. cum ſeqq. Eſcobar. de ratiocin. cap. 14. num. 42. Barb. ubi proxime. Unde quando contractus celebratur per ſcripturam, non poterit probari ſolutio, vel diſtractio, niſi per aliam æquivalentem, *d. l. nihil tam naturale, ff. de reg. jur. Alex. conſ. 209. nu. 23. lib. 2. Azev. l. 1. nu. 17. tit. 4. lib. 5. novæ recopil.*

125. Argumentum de contractibus ad ultimas voluntates, vel è contra validum eſt. *l. pactum inter hæredem, ubi notatur, ff. de pact. l. quæ de legatis, l. ſervum filii 46. §. eum, qui chirographum, ff. de legat. 1. l. fin. C. de legat. princip. inſtit. de leg. Fuſia. Can. toll. l. eum, qui ita in princ. ff. de verbor. oblig. Everard. in topic. legal. cap. 17. Cantiunc. in 7. ſpecie loci à ſimili, Dec. conſil. 69. numer. 8. Menoch. conſ. 58. numer. 23. & conſ. 89. numer. 36. & conſ. 97. numer. 27. & conſ. 162. num. 8. & conſ. 374. num. 7. & de præſumpt. lib. 4. q. 127. numer. 9. & lib. 10. q. 146. num. 11. Surd. de alim. tit. 2. p. 10. numer. 7. & tit. 5. q. 1. num. 15. & tit. 9. q. 18. numer. 8. & 9. & conſ. 235. numer. 2. & conſ. 470. num. 14. Brunor. à Sole in locis commun. verbo argumentum, 2. Camil. Gallin. in comment. ad tit. de verb. ſignif. lib. 5. cap. 16. nu. 74. Pichard. ad §. ex conditionali, 6. num. 2. inſtit. de verb. oblig.*

& in diſp. de moræ num. 203. *Thomas de Thomaſettis in floribus legum, reg.*41. *Franciſ. Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 18. *numer.* 14. *Card. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 495. ubi intelligit affirmativè tamquam de minori ad majus, ſecus negativè, *& concl.* 507. *nu.* 22. *Cardin. Mant. de conjectur. ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 18. *per totum, & de tacitis, & ambiguis convent. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 15. *num.* 1. ubi *num.* 16. intelligit ſubſiſtente eadem ratione, & *nu.* 17. limitat niſi ratio diverſitatis probetur, quod etiam aſſerit *Ioann. Petr. Monet. tractat. de diſtribut. quotid. p.* 3. *q.* 4. *num.* 14. per *text. in d. l. quæ de legatis, ff. de leg.* 1. Leges tamen loquentes de ſolemnitate adhibenda in contractibus, vel quaſi, non extenduntur ad ultimas voluntates, nec è contra, *Peralta in l. cum pater, §. à filia, num.* 58. *ff. de legat.* 2. quem refert *Armendarez in proœm. addit. ad recop. legum Navarræ n.* 175. Et aliquando in caſibus à jure expreſſis favorabiliores ſunt ultimæ voluntates contractibus, *l. in teſtamentis, ff. de reg. jur. l. ſi cui §. ſi vinum, ff. de tritico leg. Thomas de Thomaſettis reg.* 121.

126. Argumentum de contractibus ad legata validum eſt, *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *q.* 144. *numer.* 10. *& q.* 199. *numer.* 5. Et de contractibus ad fideicommiſſa, *idem Menoch. conſ.* 97. *nu.* 71.

127. Argumentum de contractibus ad de-

licta,

licta,& è contra valet,*l.omnem,ff.de judic.juncta gloſ.in l. hæres abſens, §.1. ff.eod. l.2. §.fin. ff. de cuſto.reo.auth.qua in provincia, C.ubi,de cri.agi o-por.cap.fin.de for.compet. Everard. in topic.legal. loco* 20. *Cantiun.in* 10.*ſpecie loci à ſimili, Cardin. Tuſch.tom.*1.*lit.A.concl.*495.*nu*:8.*& concl.*507. *nu.*26.

128. Argumentum de contractu dotis ad alios contractus non valet, *Seraphin. de privil. juram.privil.*60.*n.*11.

129. Argumentum à contractu mutui ad contractum cenſus validum eſt, *Menoch. conſ.* 49.*nu.*16.

130. Argumentum à contrario ſenſu validum eſt *l.*1.*§.hujus rei,ff.de offic.ejus cui mand.eſt juriſd.* [*& ibi Goth.*] *l.qui teſtamento,§.mulier,ubi gloſ.ff.de teſtam.l.ſi procuratorem, §.ſi ignorantes, ff.mand. l.ſi quis locuples* 57.*ff.de manum.teſta.l. conventicula,& ibi Cin.à princip.C. de Epiſcop. & cler.l.apud antiquos* 21.*C.de furtis cap.qualis* 25. *diſt.cap.cum apoſtolicæ,de his quæ fiunt à prælat.E-verard. in topic. legal. loco* 4. *Petrus Andr. Gam-mar.in Dialectica legali lib.*2.*loco à contrario ſen-ſu, Socin. reg.*28. *Thomas de Thomaſettis in flori-bus legum reg.*39.*Pichard.in diſp.de mora nu.*132. *Maſcard.de probat.concluſ.*1146. *num.*3. *Brunor. à Sole in locis comm.verbo argumentum,*3.*Surd.de alim.tit.*1.*q.*42.*num.*40.*& tit.*6.*q.*11.*n.*2.*&* 3. *Cald. Pereira de nominat. emphyt. q.*12. *num.*26.

Digitized by Google

Cæſar Argel.de contradictore legitimo, q.7.numer. 3. *Cardin. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 498. *Mari. Anton. vari.lib.* 1. *reſol.* 1. *numer.*4. Et eſt fortiſſimum, frequens, & utiliſſimum, *Maſcard. concl.* 1280. *numer.*65. *Farinac.in praxi crimin.p.* 4. *conſ.*30. *numer.*219. *Ioſeph.de Seſſe Aragon.deciſ.*10. *numer.*15. Et debet ſumi à tota oratione cum ſuis qualitatibus, ex *Seraphin.de privileg.juram.privil.*1. *numer.*13. *Cardin.Mantic.de tacitis, & ambiguis convent. tom.*1. *lib.*2. *tit.*14. *num.*2. Etiam in dictisDoctorum, ut per *Ludov. Rodolph.poſt tractat. de ſuprema, ſeu abſoluta principis poteſtate, concl.*5. *num.* 7. [*& gloſſæ Cacher. dec.* 58. *num.* 5. *Fachin.* 13. *cont.* 4. 5. *Diſſent. inf.num.*133.]

131. Intellige argumentum hoc validum eſſe, quando contrarium non eſt expreſſum in jure, nec abſurdum aliquod reſultat *text. eſt in l.*2. *C.de condit.inſert. & in cap. cum virum de regular.cap.à nobis,* 2. *de ſentent. excomm.* [*Goth. &*] *Doct.in d.l.*1. *ff.de officio ejus cui mand. eſt juriſd. & in d.l.conventicula, C.de epiſc.& cler.Everar.d.loco* 4. *Garc.Falcon.reg.*45. *Menoch.de præſumpt.lib.*3. *q.*93. *num.*5. *& lib.*4. *q.*83. *num.*55. *Fachin.controv.jur.lib.*13. *cap.*3. *cum ſeqq. Valaſc. conſult.*136. *num.*7. *Gam.Luſit.deciſ.*167. *num.*8. *Card.Mantic.de conjectur. ultim. volunt.lib.*3. *tit. tit.*15. *num.*13. [*& tit.*16. *nu.*12. *& tit.*18. *num.* 1. 6. *Everh. conſ.*81. *nu.*2. 7.] *& tit.* 17. *numer.* 1. *&* 7.

Digitized by Google

1. & 7. & d. tit. 14. *per totum*, *Brunor. à Sole in locis commun. verbo argumentum* 3. *Guter. pract. lib.* 3. *q.* 44. *numer.* 4. *Surd. deciſ.* 75. *numer.* 7. & *conſ.* 25. *num.* 37. *Ioſeph. Aldrete de religioſa diſciplina tuenda lib.* 2. *cap.* 28. *numer.* 32. *Morl. in empor. jur. p.* 1. *tit.* 1. *q.* 3. *num. fin.* & *tit.* 5. *q.* 1. *num.* 41. *P. Sanch. de matrim. lib.* 6. *diſp.* 21. *num.* 9. *Seraphin. d. privil.* 1. *num.* 6. *Ignat. del Villar in ſylva reſponſ. reſp.* 16. *cap.* 3. *numer.* 10. *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.* 146. *numer.* 13. *Ferrer. in conſtit. Cathalon. gloſ.* 4. *num.* 304. *Anton. Monach. Bonon. deciſ.* 67. *numer.* 38. *Sayr. de cenſur. lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 18, *Card. Tuſch. d. concl.* 498. *à num.* 84. *Hieron. Ferdinandez de Otero in interpret. cap. fin. de pactis*, *num.* 62. [Etiam ex verbis negativis: *Fach.* 13. *cont. c.* 8.] Etiam ad legum correctionem ſumendum eſt, quoties lex, ſtatutum, ſive teſtatoris diſpoſitio in ſenſu directo nihil operari poſſunt, ut per *text. in auth. ex teſtamento*, *juncta l.* 1. *C. de collat. l. dos à patre*, *C. ſolut. matrimon.* & plures quos citat, reſolvit *Pichard. d. numer.* 132. [nam & in ult. vol. locum habet hoc argumentum *Mant. d. tit.* 17. *diſſ. Radel. dec.* 92. *num.* 9. Neque in diſpoſitionibus conditionalibus: niſi alioquin verba ſuperflua & ſine operatione forent. *Radel. ibid.*] Si tamen hoc argumentum ſumatur ex nova diſpoſitione, etiam ſi inducatur jurium correctio, validum eſt, dummodo in ſenſu directo

nova diſpoſitio non reddatur in utilis, ut per *Ferrer.in conſtitut.Cathalon.gloſ.3. num.44.* ubi *nu.45.* tenet, quod deſumitur etiam ex conjecturata mente teſtatoris.

132. Valet argumentum hoc, quando verba legis ſunt conditionalia, *Surd. d.q.11. numer.3.* Item in contractibus. [Et in mandatis, *Fach.13. cont.6.*] validum eſt, maximè quando in caſu contrario eſt eadem ratio, *Anton. Monach. Lucenſ. deciſ. 55. num.22. & 23. Tuſch.d. concl.498. à nu.11. Franciſc.Molin.de ritu nupt. lib. 3. q. 51. num. 9.* ubi *num.* 10. reſolvit procedere in contractibus, tam bonæ fidei, quam ſtricti juris, cui ſubſcribit *Everard. d. loco* 4. ubi etiam aſſerit procedere in feudis. [*Fachin. 13. cont. c.* 11.] Deinde procedit in ſtatutis, [*Fachin. 13. contr. 7.*] *Portol. de conſortibus, & fideicomm. legal. cap.36. numer. 17. Ceval. commun.contra comm. q.336. à num.2. Tuſch.d.concluſ.498. à num.38.* [Item in Reſcriptis principum, *Fach. 13. contr.* 10.] licet aliter teneat Doctor quidam modernus, cujus opinio procedere debet, quando ex uno ſtatuto alterius correctio reſultaret ita *Portol.d.cap.36. nu.18.* Intellige etiam de ſtatuto, quod diſponat in caſu non proviſo à jure communi, ſecus verò ſi diſponat circa caſum proviſum à jure communi, quia tunc regulariter non habet locum hoc argumentum in tali ſtatuto, ad corrigendum

dum jus commune, ut notat *Everard.d.loco* 4. *Rota Roman. apud Farin.deciſ.*185*.num.*7*.tom.*1. *par.*1.

133. Non eſt tamen validum hoc argumentum, quando ex eo ſequitur jurium correctio, *gloſ.in cap.ſignificaſti,de foro compet.gloſ. in clem.*1*. verbo obſervare, de ſent. excomm. Everard. d. loco* 4. *Hieron. Ferdinandez de Otero d. interpret. cap.fin. de pact. num.*61. *Rota Romana apud Farin.deciſ.*491*.nu.*9*.tom.*2*.p.*1. Nec admittitur in diſpoſitione concepta negativè, *Cacher.Pedem. deciſ.*69*.num.*28. *Surd.d.tit.*6*.q.*15*.nu.*7*. & deciſ.*185*. num.*24. *Franciſc.Molin. d.q.*51*.num.*5*. &* 16, quamvis contrarium dicat verius *Everard. d. loco* 4. item nec ſumitur ex verbis narrativis legis, *gloſ.in l.*1*. Cod.quando non petent. part. Brunor. à Sole d. verbo argumentum* 3. *Everard. d.loco* 4. Nec etiam procedit ex dictis Doctorum, [*diſſent.ſup.num.*130.] *Cardin.Seraphin. Rotæ Somanæ deciſ.*822*.num.*6. Nec admittitur in deciſionibus Rotæ, *Seraphin. deciſ.*1342*. num.*1. Nec procedit in materia ſtricti juris, *Seraphin.deciſ.*1466*.n.*3. Unde non habet locum in privilegiis per *gloſ. in cap. licet in princ. de privil.in* 6. *Everard.d.loco* 4. Nec valet in pactis, *Franciſc.Molin.d.q.*51*.à nu.*2*.& num.*7. reſolvit, quod non ſumitur ubi inducta ad unum effectum diverſum producerent. Nec procedit, quando per illud eſſet in-

ducenda Trebellanicæ, vel Falcidiæ detractio. *Ferrer.d.gloſ.4.num.*303. Nec quando ex eo reſultaret abſonus intellectus, *Portol.d.tract. de conſortibus, & fideicomm.legal.cap.*1.*num.*18. *Ioſeph.de Seße d.deciſ.*146.*n.*13. *Hieron.Ferdinandez de Otero nu.*60.*d.loco.* Deinde non procedit, quando in caſu contrario militat eadem, vel major ratio, *Surd. deciſ.*18.*num.*24.*P. Sanch.de matrim.lib.*9.*diſp.*32.*num.*11. *Molin.d.q.*51.*nu.*8. Nec denique ſumitur in materia irregularitatis, ex *Sayr.d.tract.de cenſur.lib.*7.*cap.*5.*n.*16.

134. Argumentnm à contrariis validum eſt, *Everard. in topic.legal.loco* 75. *Cantiunc. loco* 13. *Ioannes Appellus de ratione explicandi Dialecticam cap.*6. *Petr. Andr. Gamar. in Dialectica legali lib.*2.*loco à contrarietate, Menoch.conſ.* 89.*n.* 54. *Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg.* 47. ubi aſſerit procedere, quo ad cognitionem, quia uno cognito contrariorum, cognoſcitur & alterum, ut in §.1.*inſtit.de his qui ſunt ſui, vel alieni juris.* Et de argumento à repugnantibus, vide *Cantiunc.loco* 18.

135. Argumentum à correlativis validum eſt, *l.*1.*C.ne liceat potentioribus, l.fin. C.de indic. viduit. tol. Everard. in topic. legal. loco* 76. *Cantiunc. loco* 19. *Petr. Andr. Gammar. in Dialectica legali lib.*2.*loco à correlativis, Menoch.conſ.*32.*n.* 18. etiam in pœnalibus, *Surd.de alim. tit.*1.*q.* 19.*numer.*4. Intellige, quando militat eadem

ratio

ratio in utroque correlativorum, *Farinac. in praxi crimin.p.4.conſ.85.num.74.* Si verò detur diverſa ratio,non valet. *l.curatorem,C.de interdic.matrim.Everard.d.loco 76.Surd.d.q.19. num. 3.& num.10.& q.41.num.4.& tit.4.q.44.num. 28. & deciſ.47.nu.7.& conſ.52.nu.62.Menoch. conſ.1192. à num.15.& 21.lib.12. P. Sanch. de matrim.lib.6. diſp.21. num.9.Steph.Gratian. diſcept.forenſ.cap.26.nu.15. Luſitanus noſter Franciſc.à Souſa in repet.l.fæminæ,ff.de reg.jur.p.1.nu. 143.Anton.Monac.Bonon.deciſ.51.num.14.Cardin.Seraph.Rotæ Romanæ deciſ.1442.nu.12.*

136. Argumentum de crimine læſæ majeſtatis,ad crimen hæreſis non valet,ita *P.Sanch. in præcepta Decalogi lib.2.cap.28.nu.5.*

137. Argumentum à definitione validum eſt,*l.1.§.dolum,ubi Bart.not.ff.de dolo,l.fin.junct. gloſ.ff.de verb.ſignif.cap.dudum,2.poſt princ.de elect.Everard.in topic. legal.loco 44. Cantiunc.loco 2. Ioannes Appellus de ratione explicandi Dialecticam cap.1. à definitione vocis, Petr. Andr. Gammar. in Dialectica legali lib. 1. loco 1. Surd. conſ. 304.num.5.Ioan.Petr.Monet.tractat.de diſtribut. quotid.p.1. q.4. n.4. Tobias Nonius ad princip.inſtit.de teſtam.nu.25.*

138. Argumentum de delicto in faciendo ad delictum in omittendo, validum non eſt, *Seraphin. de privileg. juram.privil.31. numer.39.* Nam delictum in omittendo levius eſt, quam

 in com-

in committendo, ut notatum eſt infra *lit.* D. *numer.* 17.

139. Argumentum à diſpoſitione tacita ad expreſſam valet, quando eſt eadem ratio, *l. cum quid, ubi omnes, ff. ſi cert. pet. Menoch. de præſ. lib. 4. q. 189. nu. 97.* nam taciti, & expreſſi idem eſt judicium, ut dictum eſt infra *lit.* T. *num.* 3.

140. Argumentum à diſpoſitione legis, ad diſpoſitionem teſtatoris validum eſt, *l. non impoſsibile, ff. de pact. l. ſervus hac lege, ff. de manumiſ. l. ſi ita fuerit ſervis duobus in fin. & ibi Bart. no. ff. de manum. teſtam. l. cum quidam, verſ. quemadmodum enim, Cod. de verbor. ſignificat. Everard. in topic. legal. loco* 52. *Cantiunc. in* 29. *ſpecie loci à ſimili, Menoch. conſ.* 97. *num.* 24. *Surd. conſ.* 278. *numer.* 9. Nam in teſtamentis ſemper voluntas teſtatoris pro lege obſervatur, *l.* 1. *Cod. comm. de leg. l.* 3. *Cod. de liber. præt* cum fuerit antiquiſſima lege 12. tabul. ampliſſima teſtatoribus tributa facultas, ut uti quiſque rei ſuæ legaſſet, ita jus eſſet, cujus meminit, *l. verbis* 120. *ff. de verbor. ſignificat. l.* 1. *ff. ad leg. falcid. auth. de nupt.* §. *diſponat. collat.* 4. *Iuſtin. in* §. 1. *inſtitut. de lege falcidia, refert Pichard. ad rub. inſtitut. eo tit. de lege falcidia numer.* 15. *& in diſp. de mora numer.* 202.

141. Argumentum à diſpoſitione ſtatuti, ad diſpoſitionem teſtamenti valet, *Cardin. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 496. *nu.* 4. *Menoch. conſ.*

conſ. 50. *num.* 21. *& conſ.* 95. *num.* 84. *& conſ.* 150. *nu,* 46. *& de præſumpt. lib.* 4. *q.* 83. *nu.* 24. ubi *nu.* 25. ſecus aſſerit, ſi non eſt eadem ratio, quamvis de ſtatuto ad teſtamentum non valere argumentum reſolvat. *Bened. canon. q.* 35. *nu.* 18. Et è contra valet argumentum à diſpoſitione teſtatoris ad diſpoſitionem ſtatuti ex *Menoch. d. n.* 21.

142. Argumentum à diſpoſitis in teſtamento, ad codicillorum declarationem validum eſt, *Menoch. conſil.* 333. *numer.* 3. *& numer.* 22.

143. Argumentum à diverſis ad diverſa non valet, *Card. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. concl.* 510. *nu.* 2. nam illatio non fit à diverſis, ut dictum eſt infra *lit. I. nu.* 6.

144. Argumentum à diviſione validum eſt, *Ioannes Appellus de ratione explicandi Dialecticam cap.* 2. *Petr. And. Gammar. in Dialectica legali lib.* 2. *loco.* 8.

145. Argumentum de dote ad legitimam validum eſt, *auth. res quæ, C. commun. de legat. Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero in fin. ff. de condit. & demonſt. Cald. Pereira in l. ſi curatorem verbo ſine curatore: numer.* 96. *C. de in integr. reſtit. min. Thomas de Thomaſettis in florib. legum. reg.* 45. ubi aſſerit procedere in caſibus à jure expreſſis, & ubi militat eadem ratio. Et è converſo valet de legitima ad do-

tem

tem, ut per *Cald. ubi proximè*. Dos enim ſuccedit loco legitimæ, *Menoch.conſ.8. num.8. Mari. Antonin. vari. lib. 2. reſol. 27. num. 5.*

146. Argumentum de dote ad ſtudium non concludit, ut per *Card.Mantic. de tacitis,& ambiguis convent.tom.2.lib.3.tit.14.num.5.* quamvis contrarium videatur colligi ex *tex.in l.aſsiduis, §. ſi quis enim, C. qui potio in pigno habean.* cum cauſa ſtudii æquiparetur cauſæ dotis, ex *D.Barb.in l.1.ff.ſol.matri.p.7.num.20.& nu.23. & num.49.cum ſeq.& nu.53.*

147. Argumentum ab effectu ad cauſam validum eſt, *l.non codicillum. C. de teſtam.cap.at ſi clerici in princip.de judic.cap.cum ceſſante de appellat.Everard.in topic.legal.loco 77. Cantiunc.loco 21. Ioan.Appell.de ratione explicandi Dialecticam cap.4. de effectu, ſive officio.*

148. Argumentum de emphyteuſi ad locationem longi temporis procedit, data rationis paritate, ita noviſſimè *Luſitanus noſter Benedict. Ægid.in repet. l.ex hoc jure, ff.de juſt. & jure par.1. cap.9.num.8.* Æquiparatur enim locatio longi temporis emphyteuſi,ut per *Pinel. in l.1. p.3.nu.64. C. de bonis mater. Valaſc. de jure emphyt.q.29.nu.6.Sarm.lib.3.ſelect.cap.2.num.31. Card.Mantic.de tacitis, & ambiguis convent.lib.22.tit.2.nu.55.P.Mol.de juſtit.tract.2.diſp.445. verſ. hinc oritur, P. Leſsi.eod.tract.lib.2. cap.24. dub.1. numer.4. Ioan.Martius à Coſta in addit. ad*

tractat.

Digitized by Google

*tractat.libellorum annotat.*15*.num.*9*.Cald.Pereira quæſt.forenſ.lib.*1*.q.*10*. num.*8*. Bartholom. Perett.ad extravag.ambitioſæ, de rebus eccleſ. non alien.cap.*2*.numer.*38.

149. Argumentum de emphyteuſi ad feudum validum eſt, *Menoch. conſ.*16*. num.*2. Et è contra de feudo ad emphyteuſim valet, quando datur eadem ratio, & juris regulæ non repugnant, *l.*1*. §.fin. juncta gloſ.ff. ſi ager vectigal. cap.*1*.§. rei autem, de inveſti. de re alie. fac.in uſi. feudo.Everard.in topic.legal. loco* 12*. Cantiunc.in* 2*.ſpecie loci à ſimili,Tiraq.le mort.p.*4*.declarat.*6*. num.*2*. Cov.vari.lib.*2*. cap.*18*.num.*1*. Brunor. à Sole in locis commun.verbo arguere* 1*.Menoch.conſi.* 111*. num.*59*. & conſ.*129*.num.*2*. Surd.deciſ.* 188*.nu.*5*.& deciſ.*290*.nu.*15*.& conſ.*75*.nu.*13*. & conſ.*208*.n.*9*.& conſ.*338*.n.*33*.& conſ.*402*. nu.*24*.& de alim.tit.*4*.q.*10*. n.*15*.Valaſc.de jure emphyt.q.*39*.n.*19*.Cald.Pereira de poteſt.eligendi cap.*11*.n.*43*.& de nominat.emphyt.q.*17*.nn.*28*. & de renovat.emphyt.q.*9*.n.*17*. & de extinct.emphyt.cap.*3*.n.*1*. Anton.Monach.Florent.deciſ.*61*. n.*3*.Cæſar.Argel.de contradictore legitimo q.*16*.n.* 18*. Melchior Phæb.Luſit.deciſ.*13*.num.*7*.Cardin. Tuſch.tom.*1*.lit.A.concl.*507*.n.*34.De feudo vero ad alios contractus non valere argumentum aſſerit *Seraph.de privil.juram.privil.*49*.nu.*24.

150. Argumentum de emphyteuſi ad majoratum valet, niſi detur diverſa ratio, ita *P.Molin. de*

lin.de inſtit.tract.2.diſp.631.n.1. Melchior Phæb. Luſit.deciſ.96.nu.8.

151. Argumentum de emphyteuſi ad uſumfructum validum eſt, ut per *Cald. Pereira de renovat.emphyt.q.18.nu.15.D.Barb.in l.divortio,§. fin.p.2.nu.49.ff.ſolut.matrim.*

152. Argumentum ab ethymologia plurimum ad rei ipſius, de qua agitur naturam, & eſſentiam declarandam conducere ſolet,ut per *Sayr.de ſacram.in genere lib.1.cap.1. in princ.* Ethymologia nanque veriloquium appellatur ab ethymon, quod Græce verum dicitur, ſecundum *Cic.in topic. Quintil. inſtit. lib.1. Agricol.Dialecticæ invent.lib.1.cap.23.*& optimis exemplis oſtendit *Fonſec. inſtit. Dialect.lib.5. cap. 2.* Et licitum eſt, ac validum in jure, & nondum probabile,ſed utile, & multum frequens, *l.2.§.appellata,ff.ſi cert.pet.l.1.ff de furt. l.1.ff. de acquir.poſſeſſ.l.1.ff.de juſt. & jure,l.1.ff.de teſtam.l.1.ff.de novat.l.1.ff.de pact.princ.inſtit. quibus mod.re contrah. obligat.princ.inſtit. de teſtam. Everard.in topic.legal.loco 6.Cantiunc.loco 3.Pet. Andr. Gammar. in Dialectica legali lib. 1. loco 3. Garc. Falcon. reg. 46. Thobias Nonius ad princip. inſtit. de teſtam. nu.31. Gonzal.ad reg.8. Cancel. gloſ.9.§.1.nu.5. Luſitanus noſter Benedict. Ægid. in repet.l.1.C.de ſacroſanc.eccleſ.p.1. in initio nu. 14. Pichard.in diſp.de mora nu.5. Flamin.de confident.q.26.nu.8.Ioan.Petr.Monet.tract.de diſtri-*

but.

Digitized by Google

but.quotid.par. 1.*q.* 1.*n.* 7. ubi *n.* 8. intelligit modo negativè concipiatur, quem ſenſum præſtant etiam *Everard.d.loco* 6. *Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg.* 38. Non valet tamen, ubi repugnat communis uſus loquendi, *Everard. ubi proxime Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.* 13. *num.* 53. ſed non concludere neceſſariò aſſerit *Cardin. Tuſch. tom.* 1. *lit. A. conc.* 500. *num.* 1. De argumento ab alluſione vocabuli, quod arrideat, ſed non concludat, reſolvit *Anton. Monach. d. deciſ.* 13. *nu.* 52. Et quod neque affirmativè, neque negativè neceſſario concludat probat *Thobias Nonius ad princip. inſtit. de teſtament. num.* 30. Imò alluſionem damnant antiqui omnes, ut oſtendit *Rip. in d. l.* 1. *num.* 18. *ff. de acquir. poſſeſſ.* & ex *Cic. contra Stoicos Cujac. obſervat. lib.* 1. *cap.* 37. Et argumentum à vi verbi validum eſſe notari ſolet, ut per *Mandoſ. ad regul. Cancel. reg.* 2. *q.* 5. *nu.* 5. *Pichard. in diſp. de mora n.* 5. quod utique negativè omninò eſt efficax, non affirmativè, niſi ratio inventionis vocabuli aliud inducat, aut ab eo, quod olim, & frequentius obſervatur deductum ſit: ex eod. *Pichard. in* §. 1. *n.* 11. *inſtit. de tutel.*

153. Argumentum de exhæredatione ad inſtitutionem non valet, ita *Luſitanus noſter Emmanuel Figueira de Nigreiros in introduct. ultimarum voluntatum lib.* 2. *cap.* 5. *numer.* 9.

154. Argumentum ab experientia validum

dum eſt, *Surd.conſ.*132.*numer.*23. Experienria enim eſt omnium rerum mater, & magiſtra, ut infra notatum eſt *lit.E.nu.*29.

155. Argumentum de falcidia ad Trebellianicam, & è contra in jure admittitur, *l.Marcellus, verſ.quod autem, ff.ad Trebell.l.jubemus*, C. *eod.l.*1. *ff.de legat.*1. *Everard.in topic. legal. loco* 16. *Cantiunc.in* 6.*ſpecie loci à ſimili.Ferr.in conſti.Cathalon.gloſ.*4.*num.*31. Appellatione enim falcidiæ, trebellianica quoque continetur, ex *tex. in l.in quartam, & ibi doct.ff.ad leg.falcid.*

156. Argumentum de feudis ad majoratum confici poteſt, *Gam.Luſit. deciſ.*51.*num.*5. Non eſſe tamen validum, niſi in feudis ſit expreſſum aliquod jus commune dicit *Molin. de primog.lib.*1.*cap.*7.*à princ. & numer.*5. Vel niſi detur eadem ratio, & juris regulæ non repugnent, de quo etiam *Cov. lib.*2.*vari. cap.*18. *numer.*1.

157. Argumentum à feudo ad regnum valet, *Molin.de primog.lib.*1.*cap.*7.*nu.*1. *Alex. Rauden.de ſucceſſ.Regni Portugal.reſp.*2.*num.*96.

158. Argumentum de feudo ad jus patronatus validum eſt, ut per *Aloyſ.Ricci.in praxi rerum fori.eccleſ.deciſ.*199.*num.*223.*& deciſ.*220. *nu.*319.*in* 1.*edit.& reſolut.*181.*nu.*4.*in* 2.*edit.* quo ad modum ſuccedendi, ut poſt *Card.in clem. pluries col.fin. de jure patr. tenent Lambert. lib.*1.*art.*8.*q.*3.*princip.*1.*p. & Decian. conſ.*32. *num.*12.

Digitized by Google

num. 12. *lib.*1. Et è converſo de jure patronatus ad feudum, *Menoch. conſ.* 161. *num.*43.

159. Argumentum de feudo ad fideicommiſſum valet, *Menoch. conſ.* 89. *nu.* 65. *& conſ.* 116. *num.*29. *& conſ.* 124.*nu.*39. *& conſ.*161. *num.* 40. *& conſ.* 315. *num.*38. ubi limitat. Et è contra à fideicommiſſo ad feudum, *Menoch. conſil.* 16. *num.* 3. *& conſ.* 104. *num.*60. *& conſ.* 400. *num.*42. *Surd. conſ.* 427. *num.*37.

160. Argumentum à fideicommiſſo ad majoratum valet, *Peralt. in l.* 3. §. *qui fideicommiſſa, num.* 91. *ad fi. ff. de hæred. inſtit. Mol. de primog. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 7. *Valaſc. de jure emphyt. q.* 50. *num.* 29. Fideicommiſſum enim familiæ relictum in omnibus fere aſſimilatur majoratui tamquam ſanguinis ſucceſſioni, ut ex omnibus Hiſpanis doct tradit explicans *Molin. ubi proximè*, & alii, ut per *Ioann. Garſi. de expenſis cap.* 16. *num.* 3. *in fine.*

161. Argumentum de fideicommiſſo ad regnum, vel aliam ſucceſſionem debitam ex cauſa neceſſaria valet, ut per *Alex. Rauden. de ſucceſſ. regni Portugal. reſp.* 2. *num.* 36.

162. Argumentum de fructuario ad emphyteutam validum eſt, ut per *Cald. Pereira de renovat. emphyt. q.* 8. *num.* 15. *D. Barb. in l. divortio in princip. p.* 2. *num.* 19. *ff. ſolut. matrim. Valaſc. de partit. cap.* 31. *num.* 8. *&* 9.

163. Argumentum à gabella ad laudemium

E vale

valet, *Doct.in l.ab emptione,ff.de pact.Surd.deciſ.* 31.*numer.*10.*Stephan.Gratian.diſcept.forenſ.cap.* 180.*nu.*10.

164. Argumentum de genere ad ſpeciem validum eſt, *l.*1.*ff.ſi cert.pet.Everard.in topic.legal.loco* 6.*Cantiunc. loco* 7. *Petr. Andr. Gammar. in Dialectica legal. lib.*1. *loco* 7. Valet tamen affirmativè prædicamentaliter, non illativè, ex *Ludov. Rodolphin.vari. quaſt.lib.*2.*q.*51.*num.*22. Et quod valeat negativè ſumptum, non verò affirmativè reſolvit *Tobias Nonius ad princip. inſtit.de teſtam.nu.*32. Et è contra de ſpecie ad genus valet argumentum, *Everard.loco* 7.*Cantiunc.loco* 8. *Gammar.loco* 8.

165. Argumentum ab impoſſibili validum eſt, *l.ſi deceſſerit, ff.qui ſatiſd.cog.Everard. in top. legal. loco* 58. *Petr. Andr. Gammar. in Dialectica legali lib.*1.*loco* 16.*Menoch.conſ.*332.*num.*10.*&* *conſ.*339.*num.*8.

166. Argumentum ab incluſione unius ad excluſionem alterius valet, *Menoch.conſ.*14.*nu.*14. *&* *conſ.*98.*num.*76. nam incluſio unius eſt excluſio alterius, ut notatum eſt infra *lit.I.nu.*17. Non procedit, ut abſurdum evitetur, *Menoch.conſ.*82.*num.*49.

49. Iure ſuo qui utitur, nemini facit injuriam *l. injuriarum* §. 1. *ff. de injur l.* 3. §. *is tamen ff. de libero homine exhib. l. qui injuriarum* §. *is qui ff. de jurejur. l. jure jurando ff. eo. tit. de injur. l. fluminum* §. *ultim. ff. de damn. infect. l. Proculus ff. eod. tit. l. ſi donaturus* §. *ſi quis indebitam ff. de condict. ob cauſam l. ſi in meo ff. de aqua plu. ar. ca. cum eccleſia* 31. *verſ. quia de elect. Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *q.* 29. *Maſcard. de probat. concl.* 1051. *num.* 31. *Surd. conſ.* 374. *num.* 17.

Digitized by Google

Mari. Ant. vari. lib.3. reſol.12. num.2. ubi citat Farin.q.105. num.130.Nav.lib.3. tit. de præbendis conſil.32. num.4. Flamin. de reſignat. tom. 2. lib.13. q.1. num.164. Ioan-Franciſc. Leo in Theſauro fori eccleſ. p. 2. cap. 3. num.75. Thomas de Thomaſettis reg. 251. Injuriam nemini facere videtur, qui ſuæ conſulit indemnitati *l. filio pater ff. de lega.1. d.l. ſi in meo ff. de aqua pluvi. arcen.* Et in dubio preſumitur quis jus ſuum tueri, non injuriam committere *d. l. fluminum in fi. & l. Proculus ff. de damn. infect.*

50. Iure ſuo nullus privandus eſt abſque culpa ſua *l. crimen ff. de pœnis l. ſancimus C. eod. tit. cap.2. ad finem de his quæ fiunt à majori parte capituli, cap. 2. in princip. de conſtit. cap. non debet 22. de reg. juris lib. ſexto.*

51. Iure ejus uti debet, qui in jus ſuccedit alterius *l. ſi aquæductus ff. de contrah. emt. cap. is qui in jus 46. de reg. jur. lib. ſexto Rebuſ. tract. nominat. q.8. num.12. cum ſeqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 15. §. 1. num.79. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p. 5. collect. 1784. Ioan. Petr. Monet. tract. de decimis cap.8.q.4.nu.50.*

52. Jure quod expreſſe ſancitum non reperitur, non eſt ſuperſtitioſis inventionibus præſumendum *l. ſi vero §. de viro ff. ſolut. matrim. cap. conſuluiſti 2. q. 5. Surd. de alim. tit. 1. q.44. num. 2. & deciſ.87. & deciſ. 255. nu. 2. & conſ. 158. nu. 13. & conſil. 308. nu. 3.*

53. Jure

53. Jure communi quod competit, fruſtra precibus impetratur, vide ſupra *lit. F. num.* 58. Deceptus non videtur, qui jure communi uſus eſt *l. inter eos §. cum inter ff. de fidejuſ.*

54. Juri ſuo quilibet renuntiare poteſt *l. ſi quis in conſcribendo C. de epiſcop. & cleric. l. pen. C. de pact. cap. ſi de terra de privil. cap. tuis verſ. niſi, de teſtibus. Thomas de Thomaſettis reg.* 58. *Tiraq. de jure primog. q.* 24. *numer.* 4. *cum ſeqq. Cardin. Tuſch. tom.* 6. *lit. R. concl.* 170. *cum ſeq. D. Barb. in l. alia §. eleganter nu.* 12. *cum ſeqq. ff. ſolut. matrimon. Vitalis de Cambanis tract. clauſularum pag.* 203. *num.* 5. *Hieronym. Ferdinandez de Otero in interpretat. cap.* 1. *de ordine cognit. num.* 27. *Morl. in emporio juris tit.* 10. *de locato q.* 2. *nu.* 12. *P. Azor. inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 22. *q.* 10. *P. Suar. de legib. lib.* 8. *cap.* 33. *Io. Franciſc Leo in theſauro fori eccleſ. p.* 2. *cap.* 7. *num.* 49. [*adde ſupra Favori. nu.* 38. *& Gadd. in l.* 3. *nu.* 24. *&c.* de V. S. ſcil. quod ſolo privato favore conſtat, ſolamque renunciantis perſonam concernit *ibid. num.* 47. Secus eſt de Renunciationibus quæ ſunt contra jus publicum: contra bonos mores: ex turpi cauſa vel dolo initæ: item quæ juri, à re privata remoto adverſantur, aut ex naturâ rei vel materiæ ſuper quâ interponuntur, deficiunt. *Gadd. d. l.* 3. *nu.* 35. *& ſeqq.*] Juri vero publico, cujus uterque finis primus, tàm ſecundum ordinem intentio-

tentionis, quàm ſecundum ordinem executionis eſt publica utilitas, non poteſt renuntiari ut poſt *Nav. tom.* 1. *de finib. hum. act. nu.* 29. reſolvit *Armendariz in proœm. addit. ad recop. legum Navarræ nu.* 23. Non videtur tamen quis renuntiare juri, quod ignoravit *l. mater decedens ff. de inoffic. teſtam. l. eum qui in princip. ff. eod. l. fi. C. de furtis.* Et juri non dicitur renuntiatum niſi expreſſe *Mari. Anton. vari. lib.* 1. *reſol.* 100. *num.* 9. [eſt enim renuntiatio ſtricti juris, & ultra expreſſa non extenditur *l. ſi domus de ſerv. urb. præd. l.* 27. *paula* §. 1. *de leg.* 3. *Kinſch: reſ.* 89. *num.* 14. 16. *adde ſup.* F. 63. *not.* Revocatoria clauſula generalis omnium præcedentium actorum de ſimilibus intelligi debet de quibus hic agitur *l.* 77. §. 26. *de leg.* 2. *Everh. loc.* 93. *num.* 1. 2. *Menoch.* 3. *præſ.* 104. *nu.* 28. *Surd. dec.* 2. *num.* 13. *& dec.* 43. *nu.* 16. *inf. V. num.* 25. *&c.*]

55. Iuri ſuo cedere nemo tenetur *cap. quam periculoſum* 7. *q.* 1. Ius ſuum remittenti amplius non datur regreſſus: ut notatum eſt ſupra *lit. A. num.* 26.

[§. 10. Iuri ſuo renunciaſſe in dubio nemo præſumitur *v. l. ſi quis delegaverit* 12. *ff. de Novat. Menoch.* 3. *præſ.* 45. *num.* 11. *&* 112. *num.* 28. *Except.* 25. vide apud *N. ab Alt: Sing.* 52. *adde Everh. conſ.* 200. *num.* 7. 8. *Maſc. concl.* 1179. *incip. Pignus. num.* 2. 3. *& ſeq.*]

56. Iuris

56. Iuris beneficium nemini eſt denegandum *cap. frequens* §. *ſolet de reſtitut. ſpoliatorum gloſ.& doct.in l.* 1. *C. ſi adver.vendi.facit tex.in l: ex aſſe ff.ad* Trebellia.

57. Iuris executio nec metum, nec injuriam infert vide ſupra *lit. E. nu.* 23. Tueri jus ſuum quis debet, non injuriam committere *l.* 1. §. 1. *ff. quod vi aut clam.*

58. Ius metimur ex perſona actoris, non ex perſona rei *Surd. de alim. tit.* 6. *q.*4. *num.* 9. *& conſ.*150. *nu.*89. *Cardin. Tuſch. tom.*1. *lit.A. concl.* 117. *num.*13. ubi *num.*14. aſſerit procedere etiam reſpectu qualitatis, quæ fundat intentionem agentis,quia ſi non eſt probata reus abſolvitur.

59. Ius ex facto oritur vide ſupra *lit.* F. *numer.* 13. Ius ſingulare non trahitur in conſequentiam *l. quod vero ff. de legibus.*

60. Ius quæſitum eſt fortius,quam jus quærendum *l. ſi ita ſcriptum* §. 1. *l.ſi ita ſcripſiſſet ff. de legat.* 2. *Brunor. à Sole in locis commun. verbo jus numer.*21. Unde quando acquiſitum eſt jus alicui, ab eo etiam ſibi invito auferri non poteſt *l. fin. ff. de pactis l. id quod noſtrum ff. de reg.jur. Thomas de Thomaſettis reg.* 239. ubi aſſerit procedere quando acquiſitum eſt in re, & ad rem, vel irrevocabiliter, ſecus autem ſi in re tantum, & revocabiliter acquiſitum ſit.

Digitized by Google

61. Ius proprium difficilius amittitur, quam quærendum *Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 67. nu. 3.*

62. Ius quærendum facilius remittitur, quam quæſitum *l. fin. C. de acqu. poſ. gloſ. & doct. in. l. ſervus ff: de pactis l. qui autem in princip. ff. quæ in fraudem creditorum Surd. conſ. 331. nu. 38.*

63. Ius quærendum facilius impeditur, quam quod tollatur jus jam quæſitum. *Alexand. conſ. 196. incip. viſis num. 5. lib. 7. quem citat Card. Tuſch. tom. 3. lit. F. concl. 12. nu. 7.* Ius ſpeciale facilius tollitur, quam commune *l. ejus §. 1. ff. de mili. teſta.*

64. Iuſte faciens non dicitur gravare, vide ſupra *lit. G. nu. 16.* Damnum juſte illatum nemini imputatur *l. ſi ex plagis §. tabernarius ff. ad leg. Aquili.*

65. Iuſte petita non ſunt denegande *Cæſar Argel. de contradictore legitimo q. 2. num. 15.* Et juſta petenti facile aſſentiendum *l. 2. ff. de his qui ſunt ſui l. & Attilicinus ff. de ſervit. ruſtic. prædior.*

66. Iuſte poſſidet, qui auctoritate judicis poſſidet *l. juſte poſſidet 11. ff. de acquir. poſſeſſ. Iaſ. in l. clam poſſidere §. qui ad nundinas nu. 20. ff. eod. tit. & in l. ſi quis id quod nu. 33. ff. de juriſdict. omn. judic. Tiraquell. l. 9. connub. in princip.*

67. Iuſte fit, quod lege permittente fit, de quo notatur infra *tit. L. nu. 3.* [Et conſcientia ex

tia ex jure debet informari & ſcrupuloſa conſcientia deponi: *Mantic. de C. U. V. lib. 2. tit. 14. num. 7. poſt Bald. & Cov.*]

68. Iuſte quod fit, pænam non meretur *l. Gracchus C. ad leg. Iuliam de adulter. §. injuria inſtit. ad leg. Aquil. Thom. de Thomaſettis reg. 260.*

[§. 11. Iuſtam cauſam litigandi habens in expenſas non condemnandus, *l. qui ſolidum 78. §. etiam de leg. 2. v. Menoch. 2. arb. 177. Farin. qu. 16. nu. 33. Gail. 1. obſ. 152. nu. 3.*]

L.

1. LArgius expendit, qui ſperat ſibi aliqua evenire *l. ſed & ſi 25. ff: de petit. hæreditatis.*

[§. 1. Legatarius cum bona aliqua capit jure ſtatuti, contra & præter mentem & opinionem teſtatoris ab inteſtato, ea habens non tenetur ille legatarius ad legata tertio cuidam ab herede inſtituto, relicta *adde pag. 252. not. in pr.*]

[Sed & ſua legata ei non ultra poterunt imputari quam pro modo emolumẽti, in quod ab inteſtato ex ſtatuto ſuccedit *arg. l. cum filius 76. pr. de leg. 2. l. cum duobus 13. ff. de inoff. teſt. Bald. Caſtr. Cujac. in l. cum pater 77. §. cum exiſtimaret. de leg. 2. Argentr. ad C. Br. art. 219. gl. 8. num. 7. 8. & ſeqq. Mornac. in l. 50. §. tracta-*

tractatum ff. de judic. Coler. dec. 286. num. 189. Moller. 2. ſemeſt. 44. Goris adverſ. trac. 2. cap. 5. nu. 2. 3. & cap. 6. in fin.]

[Quando hęreditas ad alios devolvitur quam teſtator exiſtimavit, quos ne gravare cogitaverit, & ab inteſtato præter voluntatem vel ſpem teſtatoris ſuccedentes, clauſula codicillaris non tangit, idcirco neque fideicommiſſa neque legata præſtare tenentur, *per text. l. 6. ſed etſi* §. 1. *de leg. 3. Meyrer. de teſt. ſucc. lib. 3. tit. 5. nu. 13. 14. Bart. in l. filio præterito nu. 11. ff. de poſth. Salic. in l. 1. ff. de cond. indeb. Iaſon. in l. eam quam 14. n. 10. C. de fideic. Meyr. d. tract. lib. 4. tit. 10. num. 16. l. 33.* §. 1. *de leg. 2. Colleg. Argent: de legat. theſ. 14. & 66. l. epiſtolam 75. ad Trebel. Mantic. de conj. ult. 8. 2. numer. 9. l. 15. l. 19. de codicill.*

[§. 2. Legatarius & hæres pro parte, hæreditate abſtinere & legatum conſequi poteſt totum. *l. 18. de leg. 1.*]

[Si vero à ſubſtituto precium vel quaſi accepit ut repudiaret, hæreditatem agnoviſſe dicitur ideoque legatum petens exceptione doli repellitur. *l. apud Celſum 4.* §. *ſi quis 11. ff. de dol. mal. except.*]

[Et familiæ erciſcundæ judicio legatum pro parte conſequitur, ſcil: cum non repudiavit hære-

hæreditatem. *l.* 17. §. *fin. de leg.* 1. *l.* 116. §. 1. *eod.*]

[Et ſi ſolus hæres ſit: (ſcil. cohærede abſtinente) à ſemet ipſo inutiliter legatum videtur: ideoque ſi collegatarium habet in re legata, res ad collegatárium pertinebit. *d. l.* 116. §. 1. *& l. plane* 34. §. 11. *de leg.* 1. *adde pag. ſeq.*]

[Legatum à debitore creditori factum non cenſetur datum animo compenſandi ſi debitum ſit ab initio voluntarium uti ex contractu vel quaſi; ſecus ſi ſit neceſſarium ſcil. quod lex inducit, uti dotis: alimentorum &c. *v. Mantic. de conj. ult. vol. lib.* 10. *tit.* 2. *ubi plene*: *& Chriſtin. vol.* 1. *deciſ.* 233. *Everhard. conſ.* 17, *numer.* 2. 5. *Fab. C. lib.* 6. *tit.* 18. *def.* 19. *&* 22. *Gomez.* 1. *var. reſ.* 12. *numer.* 27. *plene Menoch.* 4. *præſ.* 109. *&* 110. *l. creditorem* 85. *de leg.* 2. *l. unic.* §. *primum Cod. de R. V. Act. & ibi Barboſ. nu.* 17. 18.]

[§. 4. Legáta ab uno nominatim relicta non debentur ab alio. *l. ſi plures* 98. *in fi. de leg.* 3. *l.* 1. §. *id quod ff. ad L. falcid. Peregr. de fideic. art.* 16. *nu.* 59.

[Et quod legata relicta ab hærede intelligantur ab hærede inſtituto relicta, non à legittimo *l. ſi quis teſtament.* 81. *de leg.* 2. *Mantic. de conj. ult.* 82. *nu.* 9. 11. *l. epiſtolam* 75. *in pr. ad Treb.*]

[§. 5. Le-

[§. 5. Legatum relictum ab inſtituto, non cenſetur repetitum ab ſubſtituto in re particulari, per *l. quoties C. de hæred. inſt. Maul. de ult. volunt. & teſtam. lib.* 1. *tit.* 19. *num.* 9. *pag.* 530. *DD. in l. licet de leg.* 1.]

[Gravamen enim non extenditur de perſona in perſonam, ne quidem ex identitate rationis *Fuſar. de fideic. qu.* 458. *n.* 1. 5. 8. *Mant. de conject.* 6. 14. *num.* 22. *Sand.* 4. 5. *def.* 9. *verſ.* deinde obſervando ne quidem ex præſumta mente teſtatoris *Sande ibid. l.* 16. §. *pen.* 3. *ff. de teſt. tut. v.*]

[§. 6. Legatum factum filio præterito vel exhæredato ipſi non debetur ſi teſtamentum impugnet: *Clar.* §. *teſtam. qu.* 54. *nu.* 3. *Maul. lib.* 1. *de ult. vol. tit.* 15. *verſ. quartus caſus pag.* 214.]

[§. 7. Legatum propter inimicitias vel aliter tacitè revocatum ſive ademtum, ſi per errorem ſolutum ſit repeti poteſt. *Mantic. de conj. ult. vol. lib.* 12. *tit.* 5. *num.* 12. *per l.* 2. *& l. qui exceptionem ff. de cond. indeb.*]

[Si legatarius rei ei legatæ commercium non habet ſine ejus culpa, æſtimatio ei debetur, ſcil. ſi teſtator ſciebat ei jus poſſidendi non eſſe ſecus ſi ignorabat. *per l. fideicommiſſa* §. *ſi ſervum de leg.* 3. *l. ſed etſi res aliena cum gl. de leg.* 1. *Mant. d. lib.* 9. *tit.* 10. *nu.* 8.]

[Ideoque ſi forenſis, ſtatuto prohibitus ſit acqui-

acquirere immobilia, propter ſtatuti verba realia, quæ ei legata ſunt, debebitur ei æſtimatio: *Mantic. d. loc. nu.* 9. 10. 11. *latè.*]

[§. 8. Legatarius non tenetur præſtare factum defuncti & ut ejus voluntas procedat in iis quæ à lege vel ſtatuto prohibita ſunt *Merlin. de legitt. deciſ.* 75. *tot.*]

2. Lege quod non cavetur, in practica non habetur *Bald. in cap. nihil, circa fi. de elect. Ludovicus Rodolphin. vari. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 42. *numer.* 39.

3. Lege permittente quod fit, recte fieri dicitur *l. quis ſit fugitivus* §. *apud Labeonem ibi, quia id facit quod publice facere licere arbitratur ff. de ædilit. edict.* Auctoritate enim legis quod fit, dicitur juſte, & bene fieri *cap. quid dicam* 14. *q.* 4. *Marc. Anton. Genuenſ. in pract. eccleſ. q.* 46. *nu.* 4. *Pichard. ad rub. inſt. de inoffic. teſtamento nu.* 9. Et ea quæ fiunt contra legem, pro infectis habentur *l. non dubium C. de legibus Thomas de Thomaſettis reg.* 107. Et ſupra notatum eſt *lit.* F. *nu.* 2. 17.

4. Legem quærere ubi eſt ratio naturalis eſt infirmitas intellectus *Philoſoph. lib.* 8. *Phyſis. cap.* 3. *citati per Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 28. *num.* 9. *& q.* 44. *num.* 12. *& q.* 45. *num.* 58. Quia naturalis ratio vim, & robur legis habet *l. cum ratio ff. de bonis damnatorum l. ſcire oportet* §. *ſufficit ff. de excuſat. tutor. notat. Cald.* Pereira

Digitized by Google

Pereira de empt. cap. 1. *numer.* 7. Et allegari poteſt pro lege *Surd. d. q.* 28. *num.* 7.

[Non ſolum illud lege continetur & approbatur quod verbis legis exprimitur; verum illud etiam quod ſententia & mente ſive ratione legis per certam ratiocinationem indicatur & eruitur: *Gadd. in l.* 6. §. 1. *nu.* 11. *&c. de V. S. per l. non poſſunt l. ſcire l. contra l. fraus ff. de ll.*]

[Nam leges in ſunt ſenſibus non vocabulis *l.* 2. *in fi. C. comm. de leg. Bald. in auth. defuncto nu.* 2. *C. ad Tertull. v. Gadd. ad Rub. de V. S. numer.* 17. 18. 19.]

5. Legem ſuperioris non poteſt tollere inferior vide ſupra *lit. I. num.* 21.

6. Per legem poteſt fieri, quod fieri poteſt per pactum *l. ult. C. de fidejuſſor.* nam pacta æquiparantur legi ut dictum eſt infra *lit. P. nu.* 1. *in fine.*

7. Leges nihil fruſtra faciunt *Cæſar. Argel. de contradictore legitimo q.* 2. *num.* 200. *& q.* 13. *num.* 48. *& q.* 18. *Iaſ. in l. ait prætor num.* 1. *de jurejur. Armendariz in proœmio addit. ad recopil. legum Navar. num.* 50. Lex enim non debet habere unam ſyllabam ſuperfluam & vacuam, *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 22. *numer.* 5. Omne enim ſuperfluum eſt à jure reprobatum ut per *eundem gloſ.* 13. *numer.* 72. *& eadem gloſ.* 22. *nu.* 4. junctis quæ ſupra notavi *lit. A. num.* 229.

8. Le-

8. Leges non ſolent quem duplici onere gravare, vide infra *lit. O. num.* 7.

9. Legibus non exemplis eſt judicandum, vide ſupra *lit. E. num.* 27.

10. Legis præcepto obtemperans conſulte agit, *l. incivilem C. de furtis l. filiæ licet C. de collat.* Nam legis factum excuſat hominis negligentiam, *l. ſi puellam C. ſi mancip. ſue. alie.* Et ſub clypeo legis nemo decipi dicitur, *l. Paulus ff. de præto. ſtipul.*

11. Legis auxilium fruſtra invocat, qui committit in legem, vide ſupra *lit. F. num.* 56.

12. Legis quod ſub generalitate continetur, dicitur eſſe in lege expreſſum, *l. fin. ff. quod cum eo Farinac. in praxi crimina. par.* 4. *conſ.* 30. *num.* 216.

[§. 9. Leges ſive ſtatuta Nova, nunquam extenduntur ad actum antea perfectum, & conſummatum: Sed Lex antiqua ſervanda eſt, quando ea jus tribuit ſine alicujus facto: ut communicatio bonorum inter conjuges, *Sande.* 2. 5. 5. *in fin. &* 6. *Bart. in l. omnes populi, num.* 47. *de Iuſt. & jur.*]

13. Legis verba cui non conveniunt, non convenit ejus diſpoſitio, *l.* 4. §. *toties ubi Paul. ff. de damno infect. l. quod conſtitutum, ff. de mili. teſt. l. Mævia ff. de manum. teſtam. l. ita autem in princip. & ibi Bart. ff. de adminiſtr. tutor. l. hos accuſare* §. *omnibus, ff. de accuſat. l.* 1. §. *loquitur,*

ff. de aqua quotid. & æſti. l. ſi ancillas omnes ff. de legat. 1. *l. adigere* §. *quamvis ff. de jure patr. l.* 2. C. *commun. de legat. cap. indemnitatibus* §. *ſed cum eas de elect. lib. ſexto Hipol. conſ.* 25. *numer.* 10. & *conſ.* 40. *nu.* 12. *Tiraquell. in l. ſi unquam verbo libertis num.* 2. C. *de revocandis donat. Surd. deciſ.* 122. *num.* 13. & *conſ.* 152. *nu.* 38. & *conſ.* 174. *num.* 8. & *conſ.* 179. *nu.* 38. *Guter. pract. lib.* 3. *q.* 17. *nu.* 227. & *conſ.* 1. *nu.* 8. & *conſ.* 21. *nu.* 1. *cum ſeqq. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 5. *nu.* 24. & *gloſ.* 45. §. 1. *nu.* 51. *Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.* 518. *nu.* 6. *in* 1. *edit.* & *reſolut.* 445. *num.* 6. *in* 2. *edit. Ugolin. de offic. & poteſt. epiſcopi cap.* 57. §. 2. *num.* 6. *verſ. tertio Epiſcopus. Brunor. à Sole in locis commun. verbo diſpoſitio* 14. *Anton. Monach. Lucen. deciſ.* 13. *nu.* 23. *Eſcobar. de ratiocin. cap.* 28. *nu.* 17. *Mari. Anton. vari. lib.* 3. *reſol.* 9. *n.* 4. *Rot. Rom. apud Far. deciſ.* 697. *nu.* 7. *tom.* 2. *p.* 1.

14. Legis ratione ceſſante, ceſſat quoque ejus diſpoſitio *l. in omni ubi Bart. ff. de adoptio. l. quod dictum ff. de pactis l. fin. ff. ad Silanian. l. ſi maritus* §. *ſcripſi ff. ad leg. Iuliam de adulter. l. adigere* §. *quamvis ff. de jur. patr. cap. cum ceſſante de appellat. cap. & ſi Chriſtus de jureju.* [*v. Fachin.* 10. *cont.* 74. *Hunn. Encycl. p.* 1. *tit.* 2. *c.* 6. *nu.* 21.] *Everard. in topic. legal. loco* 85. *late Tiraq. tract. ceſſante cauſa p.* 1. *n.* 11. *Surd. conſ.* 375. *nu.* 24. *Bertaz. in repetit. l. ſi quis major C. de tranſact. n.* 263.

Mari.

Mari. Anton. variar. lib.2. reſolut.35. numer. 8. *Pichard. ad princip. inſt. de militari teſtam. nu.* 4. *& in princip. inſt. de lege falcidia num.* 28. *& ad princip. inſt. de eo cui libertatis cauſa bona ad dicuntur num.* 41. ubi dicit quod ceſſante una ratione legis, non ceſſat lex & *nu.* 42. quod ceſſante ratione legis negative, & contrariè ceſſat lex. Et legis ratione ceſſante in caſu particulari, non ceſſat ejus diſpoſitio, *l. proſpexit ff. qui & à quibus d. l. adigere ff. de jure patron.*

15. Legis caſus ubi eſt, ceſſat omnis diſputatio *gloſ. ult. in l. ancillæ Cod. de furtis. Surd. conſ.* 58. *num.* 3. *Mago. Lucenſ. deciſ.* 12. *nu.* 18. quos cum aliis citat *Mari. Anton. vari. lib.* 1. *reſol.* 46. *num.* 1. *& lib.* 2. *reſol.* 51. *num.* 5. *Flam. de reſignat. lib.* 9. *in princip. num.* 2. *Mendez à Caſtro in praxi Luſit. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 9. *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.* 153. *num.* 25. Et deficiente lege, vel canone ſola ratio poteſt allegari, *l. ſcire oportet §. conſequens verſ. ſufficit ff. de excuſat. tuto. cap. fruſtra diſt.* 8.

[§. 11. Legitimati ſub nomine naturalium & legitimorum filiorum continentur, atque ſubſtitutum excludunt, *Dd. in l. Gallus §. ſi ejus ff. de lib. & poſth. Peregrin. de fideic. art.* 23. *numer.* 39. *Kinſch. reſp.* 89. *nu.* 33.]

[§. 12. Legitimati reſcripto, cum clauſula (*communi hodie*) ſine præjudicio eorum qui ab inteſtato ſucceſſuri ſunt cum aliis liberis

Digitized by Google

legitimis & naturalibus patri non ſuccedunt, *Kinſch. d. reſ.* 89. *numer.* 34. *Covar. p.* 2: *relect. c.* 8. §. 10. *num.* 1. *Felin. in* C. *cum olim de re jud.*]

16. Legitime factum, nullam pœnam meretur, *l. nemo damnum, ff. de jurejur. l. qui ſervum, ff. de verbor. oblig. l. Grachus* C. *ad legem Iuliam de adulter. l. ſancimus* C. *de adminiſtr. tutor.* cum aliis ſupra adductis, *lit. I. num.* 68.

17. Legis mens magis eſt attendenda, quam verba, *l. ſcire leges ff. de legibus l. non aliter, ff. de legat.* 3. *l. nominis, & rei,* §. *verbum ex legibus, ff. de verbor. ſignific. Surd. deciſ.* 35. *num.* 14. *Marc. Anton. Genuenſ. in pract. eccleſ. q.* 144. *n.* 3. Lex enim, & legis mens idem ſunt, *Surd. deciſ.* 43. *num.* 9. A verbis tamen legis non eſt recedendum, *d. l. non aliter, ff. de legat.* 3. *cap. ult. & ibi gloſ. de verbor. ſignific. Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg.* 5. ubi ait procedere niſi conſtaret voluntatem loquentis aliter voluiſſe.

[§. 13. Leges & ſtatuta nova debent intelligi, & diſtingui ſecundum anteriora: poſteriora enim ad priora pertinent, ut per ea poſteriora corrigantur, determinentur & ſuppleantur, *tex. l. ſed & poſteriores, ff. de ll. Ald. Maſc. concl.* 2. *num.* 103.]

[Quamvis nova conſtitutio habeat clauſam: Non obſtante aliquo ſtatuto, *d. concl.* 2. *num.* 205.]

18. Le-

18. Legum correctio eſt vitanda, *Surd. deciſ.21.nu.19. Cardin. Tuſch. tom.2. lit. C. concluſ.10.6. & ſeq. Pichard. ad princip. inſt. de lege falcidia nu. 34. Armendariz in proœmio addit. ad recop. legum Navarræ num.51. Cephal. conſ.323. à nu.18. vol.3. Io.Pet.Monet. de diſtribu. quotid. p. 2.q.11.nu.29.* Et in dubio legum correctio non eſt facienda, *l. ſi quando Cod. de inofficioſo teſtam. l. 1. C. de inoffic. doti. l. præcipimus in fin. Cod. de appellat. cap. 1. de novi operis nunciat. cap. cum expediat de elect. lib. ſexto. Menoch. de adipiſc. poſſ. rem. 4. nu. 21. Franc. Becc. conſ. 1. num.13. quos citat Mari. Anton. vari. l. 1. reſol. 18. nu. 12.* [*vide. plene Menoch. 6. præſ. 38.*]

17. Legum interpretatione molliendæ ſunt potius pœnæ, quam nimis exaſperandæ *cap. pœnæ de pœnit. diſt.* 1. quia in pœnis benignior fit interpretatio, vide infra *lit. P. nu. 16.* Mitius agitur cum lege, quam cum homine *glo. fi. in cap. illa de elect. l. Celſus ff. de arbitr. plene Bart. in l. amplius ff. rem ra. habe. Borch. de irregul. p. 9. num.19.fol.423.* quem citat *Mari. Anton. vari. lib. 1. reſol. 19. num. 5. Cald. Pereira de emp. cap. 9. num. 7.* [In ambigua & obſcura legis interpretatione non tam verborum, quam ſententiæ ac mentis ratio haberi debet, *Gadd. in l. 6. §. 1. num. 22.&c. de V. S.*]

20. Lex non ad verborum formulam, & ritum, ſed ad effectum ſolum attendere debet;

 Ferrer.

*Ferrer. in conſt. Cathalon. gloſ.*4. *num.*66. Ratio enim generalis legis reſtringitur ex mente legis *Surd. deciſ.*9. *num.*13. *Armendariz in proœm. addit. ad recopil. legum* Navarræ *nu.*131.

21. Lex non eſt impoſita verbis, ſed rebus *l.* 2. *in fine C. commun. de legat. l. fin. C. de uſur. cap. ſecundo requiris de appellat. Surd. de alim. tit.* 9. *q.*21. *nu.*20. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 156. *numer.* 17. *Ferrer. in conſtit. Cathalon. gloſ.*5. *nu.*160. *Scacci. de appell. q.*17. *limit.* 10. *nu.* 14. *Cardin. Tuſch. tom.*5. *lit.* L. *concluſ.*272. *Armendariz in proœm. addit. ad recopil. legum Navarræ num.* 104.

22. Lex quod negat, natura non audet *l.* 2. §. *ult. ff. de uſufr. earum rerum quæ uſu conſumuntur.* Et lex naturam ſemper imitatur *l. adoptio* 16. *ff. de adoptionib.* §. *minorem natu inſtit. eod. Pichard. ad rub. inſtit. quibus modis teſtam. infir. num.* 1.

23. Lex quamvis dura ſervari debet, & caſus legis attenditur *l. proſpexit ff. qui & à quibus Cardin. Tuſch. tom.*5. *lit.* L. *concluſ.* 262. *Scacci. de appellat. q.* 17. *limit.* 48. *nu.* 11. *Armendariz in proœm. addit. ad recopilat. legum* Navarræ *numer.* 152.

24. Lex poteſt plus, quam pactum *l. dudum C. de contrah. empt. Cardin. Tuſch. tom.* 6. *lit.* P. *concl.*8.

25. Lex non debet eſſe iniquitatis vinculum, *Cæſar Argel. de contradictore legitimo q.* 19. *nu.* 72.

nu. 72. Non debet aliis legem imponere, qui ipſam negligit obſervare, *cap. pro illorum de praben.* & legem quam quis aliis præſcripſit, ipſe eandem ſervare tenetur, *l. antepen. ff. de admin. tuto.* [Princeps ſuis non ſubeſt legibus *l. princeps ff. de ll. Kinſch: tit.* 7. *c.* 8. *nu.* 22. *&c. adde ſup. lit. I. num.* 10.]

26. Lex ſemper in potiori ſignificatu eſt accipienda ex *reg. l quaritur, ff. de ſtatu hominum l. non aliter, ff. de legat.* 3. *Surd. deciſ.* 283. *num.* 5. *& conſ.* 288. *num.* 27.

27. Lex diſponere non dicitur illud, quod præſupponit, *l. ex facto in* 1. *ff. de hæred. inſtit. Surd. deciſ.* 195. *nu.* 8. & notatum eſt infra *lit. V. num.* 38.

28. Lex ubi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. de pretio, ff. de public. in rem act. l. non diſtinguemus ff. de recep. arbitr. l. præſes, ff. de offic. præſid. l.* 2. *§. convenire, ff. de judic. l. quos prohibet, ff. de poſtul. l.* 1. *§. generaliter, ubi gloſ. verbo in infinitum, ff. de legat. præſtand. l. quamvis, ff. de in jus vocando, l. ſi ſervus, §. non dixit, ff. de acquir. hæred. l.* 1. *§. quod autem, & ibi gloſ. verbo ſimpliciter, ff. de aleator. l. uni. C. qui pro ſua juriſdict. l. illam, C. de collat. cap. Romanorum* 9. *diſt. cap. conſuluiſti* 2. *q.* 5. *capit. ſolitæ de majorit. & obedient. cap. quia circa* 22. *d. privileg. clemen. ult. de reſcript Surd. conſ.* 51. *nu.* 7. *& conſ.* 182. *num.* 15. *& conſ.* 301. *num.* 50. *&*

conſ.308. nu.3. & conſ.340. nu.2. & deciſ. 195. numer. 4. Bertazol. in repetit. l. ſi quis major, C. de tranſact. num. 354. Ioſeph. Aldrete de religioſa diſciplina tuenda lib. 2. cap. 28. nu. 11. Narbona de appellat. à vicario ad Epiſcopum p. 1. numer. 27. Iaſ. in l. non dubium nu. 38. C. de legibus, Thomas de Thomaſettis reg. 300. Flamin. de reſignat. tom. 2. lib. 12. q. 5. num. 22. Gam. Luſit. deciſ. 105. nu. 2. Eſcobar. de ratiocin. cap. 18. nu. 42. Ioan. Maria Bellet. diſquiſit. clerical. p. 1. §. 1. tit. de bonis clericorum, n. 19. in fin. pag. 489. Cardin. Tuſch. tom. 2. lit. D. concluſ. 508. Luſit. Fr. Anton. à Souſa in relect. de cenſur. bullæ cœnæ cap. 2. diſp 8. nu. 1. Ioan. Petr. Monet. tract. de diſtribut. quotid. p. 2. q. 2. nu. 37. Cæſar Argel. de contradictore legitimo, q. 20. nu. 14. ubi *nu. 24.* declarat ſi nullo modo dicat nec virtualiter nec realiter, ſecus ſi ſaltem virtualiter, *Armendariz in prœm. addit. ad recop. legum* Navar. *nu.* 27. ubi limitat cum alia lex diſtinguit, vel cum ratio ex illa, vel ex aliis legibus deſumpta id facit. Et quod lex non dicit, non eſt ab homine præſumendum, *l. diſſentientis, C. de repudiis cap. illa: ne ſede vacante. Surd. conſ. 219. nu. 21.* Et lex una indiſtinctè loquens, per aliam diſtinguitur, & limitatur, *l. ſciendum, ff. qui ſatiſd. cog. l. quamvis, ff. de in jus voc. auth. offeratur C. de litiſconteſt. l. filiusfam. ff. de action. & oblig. junc. l. 1. ff. ad Maced. l. juriſgentium, §. ſi paciſcar,*

paciſcar, ff. de pact. junc. l. tranſigere, & *ibi glo. magna in fin.* C. *de tranſact. Ioan. Maria Bellet. diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de bonis clericorum*, §. 1. *num.* 20. *pag.* 489.

29. Lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda, *l. de pretio, ff. de public. in rem actio. l. in fraudem*, §. *ult. de teſtam. milit. l.* 1. §. *generaliter, ff. de legat. præſtan. l.* 1. §. *quod autem ff. de aleator. l. fin. in fin. ubi Angel.* C. *de dotis promiſſione cap. ſolitæ*, §. *fin. de major.* & *obed. Surd. conſ.* 271. *num.* 28. *Valaſc. conſ.* 113. *nu.* 21. *Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.* 419. *nu.* 1. & *deciſ.* 605. *nu.* 2. *in* 1. *edit.* & *reſol.* 529. *nu.* 2. *in* 2. *edit. Thomas de Thomaſettis reg.* 172. *Mari. Antonin. vari. lib.* 3. *reſol.* 18. *nu.* 3. *Bertazol. in repetit. l. ſi quis major*, C. *de tranſact. nu.* 213. *Ioan. Narbona de appellat. à vicario ad Epiſcopum p.* 1. *nu.* 27. *Barthol. Perett. ad extravag. ambitioſæ de rebus eccleſiæ n.* 9. *pag.* 85. Reſtringitur tamen ne quis ad lucrum indebitè admittatur, vel ne quis damnum indebitè patiatur, *Armendariz in proœm. addit. recopil. legum Navarræ num.* 76. Et non refertur ad caſus ſpecialiter notatos, *l. ſanctio legum, ff. de pœn. l. doli clauſula, ff. de verbor. oblig.*

30. Lex, vel diſpoſitio generalis reſtringitur ex ratione particulari, *l. cum pater*, §. *dulciſſimis, de legat.* 3. *l. ſi de certa re*, C. *de tranſact. Flamin. de reſignat. tom.* 2. *lib.* 9. *q.* 4. *num.* 19. *Garc. Girond.*

rond. de privilegiorum, ſeu exemptionum explicat. num. 526. *& numer.* 276. Et recipit reſtrictionem de habilitate, *l. ut gradatim* §. *etſi ff. de muner. & honor.* cum aliis de quibus *Bertazol. in repetit. l. ſi quis major numer.* 216. *C. de tranſact.* 6.

[§. 14. Leges futuris dant formam negociis non præteritis *l.* 7. *C. de ll.* Niſi lex ſit veteris juris declaratoria, tum enim ad præterita quoque ſe extendit : *Sande* 2. 5. *def.* 6. *in fi. Menoch.* 1. *arb.* 185. *numer.* 26. *Hunn. Encyclop. p.* 1. *tit.* 2. *c.* 4. *numer.* 14. *Surd. dec.* 29. *numer.* 6.]

31. Lex ſi duplici nititur ratione, quamvis alia deficiat, ſuſtinetur tamen deciſio propter alteram, §. *affinitatis inſtitut. de nupt. Valaſc. conſ.* 60. *num.* 6.

32. Lex ſi aliud voluiſſet, expreſſiſſet juxta regul. *l. uni.* §. *ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tol. l. ſi ſervus,* §. *prætor ait. verſ. non dixit, ff. de acquir. hæred. cap. ad audientiam* 2. *de decim. cap.* 2. *de tranſlat. prælati, cum traditis per Tiraq. in l. ſi unquam verbo liberti. nu.* 3. *C. de revocandis donat. Menoch. conſ.* 1. *nu.* 178. *& conſil.* 140. *nu.* 4. *Surd. deciſ.* 88. *num.* 4. *& deciſ.* 322. *num.* 22. *& conſ.* 245. *nu:* 45. *vol.* 2. *Guter. pract. lib.* 3. *q.* 22. *numer.* 7. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 9. §. 1. *num* 33. *& gloſ.* 42. *numer.* 11. *Cardoſ. in praxi judicum, & advocat. verbo lex num.* 28. *Cardin.*

Tuſch.

*Tuſch.tom.8.lit.V. concl.89.nu.5. Mari.Antonin. vari.lib.1. reſol.1. num.*10. Lex id noluiſſe præſumitur, cnm facile id exprimere potuiſſet,neque expreſſit,*Menoch. conſil.*30.*nu.*8.*Armendariz. in proæmio addit. ad recopil. legum Navarræ nu.* 150.

[§. 15. Legitimæ portioni expreſſe renunciari poteſt, *l.ſi quando* §. *& generaliter* C. *de inoff. teſt.* Fuſar. *qu.* 296. *num.*99. *Mant.de conject. lib.*7. *tit.*8. *nu.*11.]

33. Libera quælibet res præſumitur à ſervitute, *l.fluminum.*§.*ult. l. Proculus. ff. de damn. infect. l. altius, & l. ædibus,* C. *de ſervit. & aqua, & inſtit. de liberti. in princip. Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *q.* 89. *numer.* 1. *& q.* 91. *& lib.* 6. *q.*29. *& conſ.*2. *num.*43. *& conſil.*127. *num.*17. *& de arbitr. judicum lib.* 2. *caſu* 156. *& conſil.* 395. *num.*2. *cum ſeqq. Maſcard. de probat.concl.* 79. *& concl.* 209. *& concl.* 1214. *nu.*17. *& concl.* 1305. *Bertaz. tract. clauſular. inſtrum. clauſ.*21. *gloſ.*1. *nu.*1. *Bonac. tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.*21. *communia ſervitutum n.*56. *pag.*425. *Alciat. de præſumpt. regul.*2. *præſumpt.* 3. *Rebuf. in tract.congruæ portionis n.*127. *Valaſc.conſult.*82. *n.*6.*& de jure emphyt.q.*51. *Surd.deciſ.*177. *n.*1. *Theſaur. deciſ. Pedem.*216. *Myſing.cent.*5. *obſervat.*25. *Caſtil.lib.*1.*controv.cap.*7.*n.*19. *Brunor.à Sole in locis commun. verbo res* 4. *Mari. Antonin. vari.lib.*1. *reſol.*95. *n.*8. Amplia etiam extante

quaſi

quaſi poſſeſſione ſervitutis, *Menoch. d. q.* 89. *num.* 6. *& conſ.* 75. *num.* 4.

34. Liberalis nemo exiſtit in neceſſitatibus, *l. rem legatum, ff. de adimend. legat.* cum ſimilibus, de quibus per *Tiraq. in l. ſi unquam verbo donatione largitus num.* 106. *C. de revocandis donat.* cum aliis infra citatis *lit. N. num.* 9.

35. Liberalitatem non dicitur exercere, qui debitum ſolvit, *l. proximè, ff. de ritu nupt. l. ſi ſervo ff. de hæred. inſtit. Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 108. *numer.* 5.

36. Limitata cauſa limitatum producit effectum, vide ſupra *lit. C. num.* 12.

37. Locupletari nemo debet cum alterius jactura, *l. nam hoc natura, ff. de condict. indeb. l. naturaliter, §. fin. l. hæc condictio* 66. *ff. eod. l. bona fides* 50. *ff. de actio. emptio. l. jure naturæ* 206. *ff. de reg. jur. l. ult. C. de uſucap. pro empt. cap. ſuam de pœn. cap. locupletari* 47. *de reg. jur. libro ſexto, Vitalis de Cambanis tract. clauſularum pag. mihi* 15. *num.* 11. *Cæſar Argel. de contradictore legitimo q.* 20. *num.* 48. *Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.* 23. *num.* 23. *Pichard. ad §. ſed naturalia inſtit. de jure naturali. num.* 3. *& in diſp. de nobilit. communicat. num.* 73. *Thomas de Thomaſettis reg.* 24. *Mari. Antonin. vari. lib.* 1. *reſol.* 23. *num.* 3. *& lib.* 2. *reſol.* 41. *num.* 13. *Ugolin. de offic. & poteſt. Epiſcopi cap.* 18. *§.* 2. *num.* 4.

1. Magis

M.

1. MAgis, & minus non differunt ſpecie, *l. ult. ff. de fundo inſtruct. l. ſed etſi manente ff. de preca. l. ſi is cui ff. quemadm. ſervit. amit. Surd. conſ.* 305. *num.* 66. *& conſ.* 368. *num.* 13. cum aliis infra citatis, *lit. P. num.* 24.

2. Major ratio elidit minorem, *l. ſi debitori in fine ff. de fidejuſſor. l. cui pacto ff. de ſervis exportandis.*

3. Majori ſumma ineſt minor, *l.* 1. §. *ſi ſtipulanti ff. de verbor. oblig. cap.* 1. *ubi latiſſimè canoniſtæ de arbitr. in* 6. *Cardin. Tuſch. tom.* 7. *lit. S. concl.* 885. *Pichard. ad* §. *præterea. num.* 9. *inſtit. de inutil. ſtipul. Cardin. Seraphin. Rota Romanæ deciſ.* 267. *num.* 4. ubi aſſerit, quod fallit, quando ſummæ diverſitas conſtituit ſpecierum diverſitatem. Verum huic regulæ opponi videtur *tex. in l. ſi decem* 54. *in princip. ff. locati.* ubi diſpoſitio concepta ſuper majori ſumma non verificatur in minori. Communis intellectus eſt ſecundum *Bart. in d.* §. *ſi ſtipulanti*, propterea ibi diſpoſitionem conceptam ſuper majori ſumma, non verificari in minori, quia agitur de cauſa oneroſa, in qua non procedit principium, ſed tantum in cauſa lucrativa,

Digitized by Google

tiva, ſequuntur *Gom. de contractibus cap. 9. nu. 4. Coſt. lib. 1. ſelect. cap. 2. num. 1. Conan. comment. lib. 7. cap. 11. num. 4.* Convincitur tamen ex *eod. tex. in d. l. ſi decem ſecundo caſu*, ubi probatur majorem ſummam prolatam à conductore verificari in minori per ſe. Unde rejecto hoc intellectu conſidero diſpoſitionem conceptam ſuper majori ſumma non verificari in minori, niſi appareat veroſimiliter diſponentem intendiſſe quamcunque ſummam contentam ſub majori, cum verò primo caſu, *d. l. ſi decem*, major ſumma proferatur à petente, ſcilicet à domino rei locatæ, ideo non videtur conſentire in minori ſumma, quia eſt ei præjudiciale, attamen ſecundo caſu major ſumma profertur à promittente, ſcilicet conductore, & ideo in minori conſenſiſſe videtur, nam veroſimiliter præſumitur conductorem, qui in majori ſumma conſenſit, à fortiori conſentire in minori, ſi intelligeret locatorem minus velle locare, quia per hoc fit melior conditio ipſius. Senſus autem *tex. in d. §. ſi ſtipulanti*, ex quo deſumitur regula hæc (omiſſis variis intellectibus, de quibus *Menchaq. de creat. ſucceſſ. §. 10. numer.* 142.) poteſt verificari legendo illum continuativè ad *verſ. niſi ſtipulatori*, ſupra proximè præcedentem, & ita loquitur caſu quo diverſitas promittentis majorem, vel minorem ſummam incontinenti

placuit

Digitized by Google

placuit interroganti, & ita ex eo, quod fuit ſequuta complacentia ſtipulatoris in diverſitate ſummæ promiſſæ, propter quam valet ſtipulatio in minori ſumma.

4. Majus cui conceditur; & minus concedi videtur, *l. filius fam. §. fin. ff. de donat. l. Marcellus, ff. de donat. cauſa mortis, l. non debet, ff. de regulis juris, cap. ex parte 27. de decim.* nam minus ſemper ineſt in eo, quod plus eſt, *l. in eo, ff. de regulis juris, Fari in praxi crim. p. 4. deciſ.* 10. *numer.* 6. Regula hæc non habet locum in diſpenſationibus, ut per *Aloyſ. Ricci in praxi rerum fori eccleſ. reſolut.* 227. *num.* 4. *in* 2. *edit.* Et majus, cui licet, non debet quod minus eſt non licere, ut notatum eſt infra *lit. P. num.* 23.

5. Mala non ſunt facienda, ut inde eveniant bona, *ex D: Paulo ad Rom.* 13. *refertur in cap. ex tuarum de ſortileg. cap. ſuper eo de uſur. Tiraq. de pœnis temper. cauſa* 52. *num.* 8. *Palat. in repetit. cap. notab.* 6. *num.* 2, *&* 3.

6. Male agens odit lucem ex auctoritate *Chriſti Domini Ioan.* 3. & probant *text. in l.* 1. *§. tria lumina, ubi gloſ. ff. de ventr. inſpic. l. donator, ubi gloſ. verbo occulte, C. de donat. refertur in cap. conſuluit* 24. *ubi gloſ. verbo qui malè de offic. deleg. cap. pernicioſam* 18. *q.* 2. *cap.* 1. *verſ. porro ut eccleſiaſtica beneficia, cap. cum ex injuncto de hæreticis, Surd. conſ.* 132. *num.* 24. Unde *Horat. epiſtol. lib.* 1. *epiſt.* 2.

Ut

Ut jugulent homines ſurgunt de nocte latrones,

& tenebræ aptæ ſunt ad fabricandum falſum, *l.* 1. §. *tria, ff. de ventr. inſpic.* & quæ occultè, & clandeſtinè fiunt ſuſpicione non carent, *cap.* 1. §. *cum enim*, & ibi *gloſ. verbo occulta, ut eccleſ. beneſ. ſine diminut. confe. d. cap. conſuluit,* §. *ne verò. l. fin. ff. de ritu nupt.* cum ſimilibus de quibus *Tiraq. de pœn. cauſa* 11. *num.* 11. & plenius *de retract. tit.* 2. *in præfat. à num.* 13. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *q.* 12. *num.* 7. *Maſcard. de probat. concl.* 815. *nu.* 33. Sicut à contrario ea, quæ in conſpectu aliorum & palam fiunt, ſunt ab omni ſiniſtra ſuſpicione aliena, *l. non exiſtimo verſ. & multum refert, ff. de adminiſtrat tut. l. cum ipſe tutor,* §. *fuit quæſitum, & ibi Rip. ff. de contrah. empt. Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 244. *num.* 1. *& per totum.*

7. Male parta, male dilabuntur; *Cardin. Tuſch. tom.* 5. *lit. M. concl.* 25.

8. Malitia creſcente, creſcere debet & pœna, *l. quicunque Cod. de ſervis fugitivis.*

9. Ex malitia ſua nemo debet commodum reportare, *l. in fundo, ff. de rei vend. l. itaque fullo, ff. de furtis, cap cognoſcentes de conſtitut. cap. ſedes, cap. plerunque de reſcrip. cap. intelleximus de judic. Cardoſ. in praxi judicum, & advoca. verbo delictum, nu.* 7. Intellige directè & principaliter, nam indirectè, per accidens, & in conſequentiam

quentiam poteſt quis ex malitia ſua commodum reportare, *argum. tex. in l. ſed & milites* 10. §. *ſcribit ibi, tutelis excuſabuntur, quia urbem eis ingredi non licet, ff. de excuſat. tutor. l. decreto* 10. *ff. de ſuſpect. tutor. cap. quia diverſitatem verſ. ſi tamen, de conceſſ. præben. notat. Tiraq. de jure mariti gloſ.* 8. *num.* 279.

10. Malitiis non eſt via aperienda, *Cæſar Argel. de contradictore legitimo q.* 13. *num.* 90. *Flami. de confident. q.* 35. *num.* 70.

11. Malitiis eſt occurrendum, *Flamin. de confident. q.* 32. *nu.* 61. Et malitiis non eſt indulgendum, *Eſcobar. de ratiocin. cap.* 15. *num.* 3.

12. Malorum mores infirmitas animi non excuſat, *l.* 1. *C. ſi adverſus delictum.*

13. Malorum conſortia ſæpè bonos corrumpunt, *cap. ſæpe* 28. *q.* 1. *Camill. Borrell. in addit. ad Bellugam in ſpeculo principum rub.* 11. §. *viſo lit. C. verſ. item hæreticus*, *Tiraquel. l.* 5. *connub. gloſ.* 1. *p.* 5. *num.* 29.

14. Malum ſub ſpecie boni non eſt admittendum, *Farin. in praxi crimin. p.* 4. *conſ.* 30. *num.* 62. Malum omne naſcens facile opprimitur, inveteratum fit plerumque robuſtius ex *Cicerone*, *veteri*, *novoque teſtamento* multis exemplis probat *Campanili in diverſorio juris canon. rub.* 12, *cap.* 8. *num.* 8.

15. Malum majus minori eſt conſideratione præferendum, *cap. omnes* 7. *q.* 1. *cap. ſi quis* 7. *q.* 3.

Malum minus toleratur, ut gravius evitetur *l. abſentem ff. de pœn. l.* 1. §. *ſanctius ff. de vent. in poſſe. mitt.*

16. Malum minus eligendum de duobus malis, *cap. duo diſt.* 13. *cap. juravit cap. non ſolum* 23. *q.* 3. *l. quoties, ff. de regul. jur. Cardin. Tuſch. tom.* 5. *lit. M. concl.* 26. *Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *q.* 2. *num.* 24. *Menchaq. illuſtr. cap.* 48. *num.* 2. *Tiraq. de nobilit. cap.* 31. *num.* 47. *Thomas de Thomaſettis reg.* 9. *P. Azor. inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *q.* 5. *Sayr. in clavi regia lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 30. *P. Sanch. de matrim. lib.* 7. *diſp.* 1. *num.* 15. Nam reſpectu majoris mali minus habet rationem boni ex citatis per *P. Henriq. in ſum. lib.* 12. *cap.* 6. §. 7. *lit.* F. Item accidentaliter, & ſecundum quid perplexus inter duo, quorum alterum neceſſario eſt facturus, & utrunque arbitratur eſſe peccatum, juſte poteſt & tenetur eligere, quod ſibi videtur minus, ut majus evitet, ita colligitur ex *text. in d. cap. duo mala,* in idem eſt *tex. in cap.* 2. *ead. diſt.* 13. *verſ. eſt tamen, & verſ. ſed cum, & in cap. ſi aliquid.* 22. *q.* 3. obſervant *Archid. Dom. Præpoſit. Bellam & Turrecrem. poſt gloſſ. in d. cap. duo mala, D. Thom.* 1. 2. *q.* 19. *art.* 6. *ad tertium, ubi Medin. q.* 1. *Cordub. in ſuo quæſtion. lib.* 3. *q.* 4. *ad fin. Valent.* 1. 2. *q.* 14. *puncto* 5. *ad* 2. *Vaſq. ad d. q.* 19. *diſput.* 60. *cap.* 2. *n.* 9. & ex omnium ſententia reſolvit *P. Molin. de juſtit. tom.* 2. *diſp.* 335. *ſub*

num.

num. 10. *Fr. Emman. in ſum. tom.* 2. *cap.* 51. *num.* 6. *P. Suar. tom.* 4. *de pœnit. diſp.* 4. *ſect.* 10. *num.* 4. An autem ſit licitum conſulere alteri minus malum, ut majus evitet? vide *Thomam de Thomaſettis d. reg.* 93. *P. Azor. inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 12. *cap.* 16. *q.* 8. *P. Leßi. de inſtit. lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 4. *numer.* 34.

17. Malus ſemel, ſemper præſumitur eſſe malus, *cap. ſemel malus* 8. *de regulis juris lib. ſexto*, proſequuntur *Duenh. reg.* 303. *Hypol. conſ.* 44. *n.* 3. & 4. *Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *q.* 32. *Maſcard. de probat. conſ.* 1003. *num.* 37. *Fr. Emman Roderic. tom.* 2. *regular. q.* 12. *art.* 3. *Cot. in memorab. verbo malus ſemel, pag.* 559. *Farin. in praxi crimin. p.* 1. *q.* 23. *num.* 21. *alias refert Cened. ad ſextum collect.* 29. *num.* 2. Intellige ut habeat tantum locum in eodem, vel ſimili genere mali, ſecus eſt in diverſo, ut docent *Greg. l.* 1. *verbo procurando tit.* 18. *par.* 6. *Vezin. tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 2. *nu.* 215. *Grammat. deciſ.* 25. *num.* 7. *Hippol. conſil.* 15. *num.* 9. & *d. conſ.* 44. *nu.* 18. *cum ſeq. Maſcard. concl.* 222. *nu.* 20. & *d. concl.* 1003. *num.* 38. *Clar. lib.* 5. §. *fin. q.* 21. *num.* 1. *ad finem, Farinac. d. q.* 23. *num.* 30. *Aloyſ. Ricci. in deciſ. curiæ archiep. Neapol. deciſ.* 4. *p.* 2. *Cardin. Tuſch. tom.* 5. *lit. M. concl.* 28. *Thomas de Thomaſettis reg.* 278. *Franciſc. Galet. in margarita caſuum conſcient. verbo præſumere.*

18. Mandatum ſpeciale detrahit generali,

S 2 *Steph.*

Digitized by Google

Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 95. *num.* 9. *Cardoſ. in praxi judicum, & advocat. verbo mandatum num.* 4. Mandare, vel ratum habere paria ſunt *cap. ratihabitionem, ubi Din. de reg. jur: in* 6. *Fr. Anton. à Souſa in relect. de cenſur. bullæ cœnæ capit.* 3. *diſput.* 22. *numer.* 4. *& capit.* 12. *diſput.* 64. *num.* 11.

[§. 1. Mandatario ſi ſalarium incertum ſit promiſſum, ſolvi debet arbitrio judicis, pro ratione perſonæ & rei cui eſt navata opera, *Groenwegen in l. ſalarium* 17. *C. mandat. Chriſtin. dec.* 49. *vol.* 3. *n.* 1. *in med. Mantic. de tac. contr. lib.* 14. *tit.* 30. *num.* 25. 26.]

[Imo etſi nihil promiſſum ſit debetur officio judicis: ſi negocium fuerit multi laboris, vel dominus ſolitus ſit conducere adminiſtratorem, vel geſtor locare operas, *l. adverſus* 1. *& l. ſalarium* 17. *C. mand. & ubique Barboſ. Gabriel. lib.* 2. *de procur. concl.* 5. *Menoch.* 2. *arb.* 515. *n.* 2. 3. 4. *Chriſtin. vol.* 5. *dec.* 137. *n.* 130. *Mant. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 15. 16. 17. 18. *Rebuf. de famul. ſalar. gl.* 3.]

[§. 2. Maxime ſi geſtor rationem de iis retulit, *juxta l. Neſennius* 34. *ff. de neg. geſt.*]

19. Media præſumuntur probatis extremis, *l. ſicut, §. non videtur, ff. quibus mod. pig. vel hypothe. Scacci. de appellat. q.* 18. *remed.* 1. *concl.* 5. *n.* 56. Media tempora non nocent, *Pichard. ad §. in extraneis* 4. *nu.* 11. *inſtit. de hæred. qualit.*

Media

Media via eſt eligenda, §. *pen. inſtit. quibus ex cau. manumit. non licet*, §. *cum ex aliena, inſtit. de rerum diviſ. Thomas de Thomaſettis regul.* 178. ubi declarat procedere, quando jus, vel ſententia non poteſt magis adaptari ad unam partem, quam ad aliam.

20. Medium inhabile impedit extrema habilia poſſe conjungi, *l. ſi. ff. de flumin. l. qui ſella*, §. *fin. ff. de ſervit. ruſti. l. tria prædia, ff. de ſervit. urbanorum prædiorum, Surd. conſil.* 8. *num.* 17. *& conſ.* 136. *nu.* 34. *Anton. Monach. Floren. deciſ.* 62. *n.* 18. *Cardin. Tuſch. tom.* 3. *lit. E. concl.* 684.

21. Melius eſt intacta jura ſervare, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere, ſeu melius eſt occurrere in tempore, quam poſt illatum vulnus remedium quærere, vel principiis obſta, ſerò medicina paratur, *l. ult. in fine, C. in quibus cau. in integrum reſtitutio non eſt neceſ. l.* 1. *C. quando liceat unicuique ſine judice ſe vendicare, Cardin. Mantic. de tacitis, & ambiguis convent. lib.* 21. *tit.* 8. *num.* 30. *in fine, Card. Tuſch. tom.* 6. *lit. P. concl.* 648. *Ioan. Maria Bellet. diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de diſciplina clericali*, §. 5. *num.* 105. *pag.* 68.

22. Melius eſt pauca cautè agere, quam multis intereſſe periculosè, *authen. de tabellion. circa medium collat.* 4. Et melius eſt pauca verba idonea effundere, quam multis inutilibus homines prægravari, *l. tanta*, §. *contrarium*,

C. de vet. jur. enucl. quare ſcripſit ille ſapiens

Pauca loqui prudens, audireque plurima
debet,
Os unum, binaſque aures idcircò te-
nemus.

23. Melius eſt nocentem dimittere, quam innocentem punire, *l. abſentem, ff. de pœnis. Card. Tuſch. pract. concl. tom. 1. lit. A. concl. 41. numer. 3.* Exemplum enim grave eſt prætextu nocentis inſontem periclitari, *l. fi. in fi. C. de his qui latro. occulta.*

24. Membrorum ſuorum nemo eſt dominus, *l. liber homo, ff. ad leg. Aquiliam. cap. ſi non licet cum pluribus ſeqq. 23. q. 5. Ioan. Maria Bellet. diſquiſit. clerical. tit. de favore clericorum canonis p. 1. §. 1. num. 15. pag.* 174. cum hujuſmodi dominium ſit ſoli Deo reſervatum, juxta illud ſacræ paginæ *Sapient.* 16. *tu es Domine, qui vitæ, & mortis habes poteſtatem, & Deuter. cap.* 32. *ego occidam, & ego vivere faciam, & quintum Decalogi præceptum, non occides*, intelligitur non ſolum de alio, ſed etiam de ſe ipſo, juxta *text. in d. cap. ſi non licet.* 23. *q.* 5. Unde nemo poteſt tam in foro interno, quam externo vitam ſuam, aut propria membra impunè diſſipare, & jactare ſine legitima cauſa, per ea quæ tradunt *D. Thom.* 2. 2. *q.* 64. *artic.* 5. *Cou. lib.* 1. *vari. cap.* 2. *à num.* 8. *& lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 11. *col. ult. Gom. vari. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 13. *Simanch. de catholic.*

cap.

Digitized by Google

cap. 18. à num. 21. Tiraq. de nobilit. cap. 31. à num. 559. Clar. in pract. lib. 5. §. fin. q. 68. nu. 87. Menoch. de arbit. caſu 284. P. Molin. de juſtit. tom. 4. tract. 3. diſput. 1. P. Leſſi. de juſtit. lib. 2. cap. 9. à num. 98. & num. 101. refert plures Cened. ad decretum collect. 29. num. 4.

25. Mendacium in uno dicens, in omnibus præſumitur dixiſſe: *Anton. Monach. Lucenſ. deciſ. 38. num. 11. Stephan. Gratian. Marchia deciſ. 227. num. 8. & 9. Barthol. Peret. ad extravag. ambitioſa, de rebus eccleſ. non alien. cap. 3. nu. 51.*

26. Mens magis debet attendi, quam verba, *Scacci. de appellat. q. 4. num. 21. Armendariz in proœm. addit. ad recopil. legum Navarræ nu. 19.* quibus adde, quæ infra notantur *lit. V. num. 5.* Mens enim eſt potentior verbis, ex *text. in l. Labeo in fin. ff. de ſuppel. lega. l. nominis, & rei, §. verbum, ff. de verb. ſignif.*

27. Mentiri plus eſt, quam lenocinium facere, *cap. poſtulaſti de reſcriptis.* Mendacium enim eſt delictum, & turpitudo, *Farin. in praxi crimin. p. 4. conſ. 60. num. 130.*

28. Meum quod eſt, amplius meum fieri non poteſt, *l. ſi rem meam, ff. de verbor. oblig. l. 4. §. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. §. ſi cui fundus verſ. ſed ſi rem legatarii inſtit. de legat. §. ſic itaque, inſtit. de action. cap. inter dilectos de fide inſtru. Surd. conſil. 305. numer. 56. Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ. 46. nu. 23. & 24. & deciſ. 87. nu. 3. Cardin.*

Tuſch. tom. 5. *lit. M. concl.* 226. *Bertazol. de clauſulis inſtrum. clauſula* 19. *gloſ.* 2. *numer.* 9. *Pichard. ad d. verſic. ſed ſi rem legatarii num.* 2.

[§. 3. Milites ſunt qui ſacramento obligati exercent militiam, ut privilegia habeant militibus conceſſa, *Chriſt. vol.* 4. *dec.* 3. *num.* 6.]

[Habentque primo privilegia circa ſolennitates teſtamentorum, *l. divus ff. de teſt. mil. l. mil.* 15. *C. eod. Gail.* 2. *obſ.* 118. *Chriſt. d. loc. n.* 3.]

[Circa ſubſtantiam teſtamenti quia poſſunt partim decedere inteſtati partim teſtati, &c. *l.* 1. *&* 2. *C. d. tit. Chriſtin. d. dec.* 3. *nu.* 3. *&* 6.]

[Circa ipſorum perſonas: nam & cæci, ſurdi, deportati & condemnati, &c. poſſunt facere teſtamentum, *Chriſtin. d. nu.* 3. *poſt Bart. in l. Neque,* §. 1. *ff. d. tit. &* §. *pen. inſtit. eod.*]

[Circa hęredes & legatarios eorum, quia & incapaces poſſunt inſtituere ex tempore teſtamenti conditi, vel ex tempore teſtatoris mortis: vel aditæ hæreditatis, *l.* 5. *C. eod. l.* 13. §. 1. 2. *ff. eod. Chriſtin. d. num.* 3. *adde inf. p.* 355.]

[Quod & hodie milites gaudeant privilegiis militaribus, vide *Gail.* 2. *obſ.* 118. *& Greven.* 2. *pr. concl.* 118.]

[Præſidiarii quoque qui adverſus repentinos hoſtium incurſus excubant privilegia hæc habent, *Cuiac. conſul.* 49. *Math. de teſta. diſp.* 2. *th.* 3. *Treutl. p.* 2. *diſp.* 10. *th.* 6. *lit. C. Chriſtin. vol.* 1. *dec.* 109. *num.* 9. *&c.*]

[Præ-

[Præſertim quoad ea privilegia, quæ non ſolennitates teſtamenti, ſed ſubſtantiam ejus & perſonarum capacitatem & qualitatem concernit: *And. Gail. d. obſ.* 118. *nu.* 16. *Perez. C. de mil. teſt. num.* 3.]

[Idem teſtamentum militis poteſt ſecundum jus commune, & ſecundum jus ſpeciale valere diverſo reſpectu: quamvis in teſtando elegerit viam juris communis, *Mantic. de conj. ult. vol. lib.* 6. *tit.* 1. *num.* 25. *per l. quanquam C. de teſt. milit. Roman. in l.* 1. *numer.* 9. *C. eod.*]

29. Minima non ſunt in conſideratione, *l. ſcio, ff. de in integr. reſtit. l.* 4. *in fin. ff. de ædi. edic. Brunor. à Sole in locis commun. verbo minima, Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.* 691. *in* 1. *edit. & reſolut.* 585. *à num.* 7. *in* 2. *edit. Cardin. Tuſch. tom.* 5. *lit. M. concl.* 239. Intellige quando agitur de jure ſpeciali contra juris communis regulas, putà per viam reſtitutionis in integrum, & ita procedit *tex. in d. l. ſcio & in l. ſi oleum, §. ult. ff. de dolo, & l. res bona, ff. de contrah. empt.* quia ubi agitur de jure communi, de minimis curatur, & procedit *tex. in l.* 1. *§. illud, ff. de conjung. cum emancip. lib. l. quamvis, ff. ut in poſſeſſ. legat. l.* 1. *§. cum dicitur, ff. ſi cui pluſquam per leg. Falcid.* etiamſi ſimus in pœnalibus, puta in furto, quod committitur in anſere, vel gallina, vel in uno ovo, *l. naturalem,*

Digitized by Google

§.gallinarum, ff. de acquir. rer. domin. §. gallinarum, & utrobique gloſ. & Doct. inſtit. de rer. diviſ. ita diſtinguit *Bart. in d. l. ſcio n.* 1. *verſ. nota quod de minimis, & in l. proprietarius col.* 2. *in princip. num.* 2. *verſ. ſed dic aut agitur, ff. de damn. infect.* quæ diſtinctio communiter ab omnibus recepta eſt, ut per citatos *à Rendina in promptuar. recept. ſentent. tom.* 1. *tit.* 100. *nu.* 13.

[§. 4. Minorem partem majori præjudicium inferre iniquum eſt *l. ſi autem ff. de aq. pluv. arc. l. quod major ff. ad muncip. & ibi Bart. Radel. dec.* 9. *nu.* 3.]

[§. 5. Minoris ætatis infirmum eſt judicium *l.* 1. *pr ff. de minor. l.* 48. §. 1. *de fidejuſſ.*]

30. Minus cui prohibetur, multo magis id, quod majus eſt interdicitur *cap. nulli* 44. *diſt.* nam minus ſemper ineſt in eo, quod plus eſt, *l. in eo, ff. de reg. juris, Farin. in praxi crim. p.* 4. *deciſ.* 10. *nu.* 6.

31. De modico non eſt curandum, *l. ſi oleum, §. fin. cum l. ſeq. ff. de dolo, l. in rebus §. poſſunt, ff. commodati, l. res, ff. de contrah. emp. l. ſcio; ff. de in integr. reſtit. Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.* 39. *num.* 3. *in* 1. *edit. & reſol.* 36. *in* 2. *edit. Bertazol. in repet. l. ſi quis major, C. de tranſact. nu.* 422. *Thomas de Thomaſettis reg.* 94. ubi aſſerit procedere, niſi modica eſſent eſſentialia, vel multa.

32. Modica non nocent, *cap. ſi proponente*

24. *ubi*

Digitized by Google

42. *ubi gloſ. 1. de reſcript. Tiraq. in l. ſi unquam verbo donatione largitus nu.* 107. *C. de revocandis donat. & in tract. de judicio in rebus exiguis verſ.* 29. *P. Azor. inſtit. moral. lib.* 6. *cap.* 10. *verſic. tertio quæritur.* Hinc modica mora non nocet, *Tiraq, ubi proximè num.* 77. *& de retract. lig.* §. 8. *numer.* 9. [*l. ſi debitori* 21. *ff. de judic: & ibi Gothof:*]

33. Mora ultimâ nocet, *l. illud* 17. *ff. de peric. & commod. rei vend.* [*l.* 7. *ff. de uſur. l.* 6. *& l. acceptam C. eod: l. ult. C. de pign. act.*] *l. ſi mora, & l. ſemel mora, ff. ſoluto matrimon. l. cum prætor,* §. *ſi aliquando, ff. de novi operis nunciat. l. ſi & per emptorem* 53. *ff. de actio. emp. l. ſi ſervum* 91. §. *ſequitur, ff. de verb. oblig. cap. ſi judex laicus* 12. *ubi gloſ. verbo clericali de ſentent. excom. lib. ſexto, Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 29. *nu.* 86. *Caſſan. in catal. glor. mund. par.* 12. *conſid.* 100. *nu.* 16. *Medic. in tract. de novation.* 2. *p. verbo mora, Saport. tract. de mora cap.* 1. *nu.* 41. *Forcatul. eod. tract.* 3. *p. nu.* 13. quos refert *Pichar. in diſp. de mora num.* 212. [*& Nic. ab Alt: ſing.* 52. *num.* 8.]

34. Morem antiquorum, qui non ſervat, non ſervat honorem eorum, *Bald. conſ.* 318. *incipit quidam nobilis lib.* 2. refert, & ſequitur *Aymo. conſ.* 238. *nu.* 10.

35. Moriens nunquam præſumitur immemor ſalutis æternæ *l. fin. C. ad l. Iuliam repetund.*

cap.

cap. ſancimus 1. q. 7. Menoch. conſ. 350: num. 9. Eſcobar. de ratiocin. cap. 11. num. 30. Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. compatat. 18. num. 66. Thomas de Thomaſettis regul. 193. Cou. vari. lib. 2. cap. 13. num. 8. Flamin. de reſignat. lib. 12. q. 1. à num. 7. Bertaz. concl. 118. num. 13. Anton. Monach. Florent. deciſ. 2. num. 27.

36. Mors omnia ſolvit, [v. late Aug. Barb. ax. 154.] auth. de nuptiis §. deinceps collat. 4. Cæſar Argel. de contradictore legitimo q. 7. nu. 82. Cardin. Tuſch. tom. 5. lit. M. concl. 391. Sebaſtian. Medic. in ſpeciali tract. mors omnia ſolvit. Pichard. ad §. recte quoque 5. nu. 8. inſtit. de mandato. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 15. à nu. 3.

[Etiam mandatum, vide tamen exceptiones plurimas, apud Seb. Med. p. 2. concl. 64. nu. 190. Tulden. C. mand. nu. 6. Mant. de tac. conv. lib. 7. tit. 23. nu. 51. &c. Maran. conſ. 141. num. 7. Everh. conſ. 60. nu. 16. Viv. dec. 494. Bronk. 2. aſſ. 46. Guid. pap. dec. 491. & ibi not.]

N.

1. NAtura, & ars fruſtra nihil agunt, Ariſto. lib. 2. de cœlo text. 59. & lib. 3. de anima tex. 45. probatur in l. qui bis idem, ff. de verbor. oblig. l. hac ſtipulatio, §. divus, ff. ut lega. no. cavea. cum citatis

per

Digitized by Google

per *Brunor. à Sole in locis commun. verbo natura.* Et natura non deficit in neceſſariis, neq; abundat in ſuperfluis, *Ariſtot. d. lib. 3. de anima cap. 5.*

2. Natura rei potius attendi debet, quam ſimplex nominatio, *argum. tex. in l. ſi uno ff. locati cap. ea quæ, de ſimonia, Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 5. *num.* 18.

3. Naturalis conjectura prævalere debet accidentali, *Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 85. *num.* 55.

4. Naturaliter quod non poteſt fieri, non poteſt fieri ſecundum legem poſitivam, & ejus ordinationem, *l. qui ad certum, ff. locati, l. lex Cornelia in fine ff. de vulgari, & pupill. ſubſtit. l. Gallus, §. ſi ejus, ff. de liber. & poſth.* Unde paria ſunt aliquid eſſe impoſſibile naturaliter, vel de jure, *l.* 1. *ubi gloſ. & l. filius, ff. de condit. inſtitut.*

5. Neceſſaria omnia ad unum conceduntur illi, cui conceditur illud unum, *l.* 2. *ff. de juriſd. omn. judic. l. ad rem mobilem, §. qui procuratorem ff. de procurator. l.* 1. *§.* 1. *ff. ſi uſusfruct. pet. l.* 3. *§. qui habet, ff. de ſervit. ruſtic. præd. l.* 3. *ff. pro ſocio l.* 1. *§. fin. ff. de officio ejus cui mand. eſt juriſd. §. minorem inſt. de adopti. cap. præterea de offic. deleg.* cum his quæ ad hoc principium exornandum tradunt, *Everard. in topic. legal. in loco à conceſſione antecedentis, & in loco à conceſſione conſequentis. Nav. in princip. de pœnit. diſt.* 5. *num.* 24.

Digitized by Google

num. 24. *& lib.* 4. *de ſponſal. conſ.* 14. *numer.* 2. *Surd. conſ.* 347. *num.* 20. *Rendina in promptuar. recept. ſentent: tit.* 100. *nu.* 3. *tom.* 1. *Gam. Luſit. deciſ.* 206. *numer.* 9. *Thomas de Thomaſettis reg.* 29. Ubi aſſerit procedere in materia favorabili, vel indifferenti, vel in conjunctis, & ubi militat eadem ratio. Vel intellige quando illud conceſſum non poteſt ſtare ſine illis ex *Franciſc. Galet. in margarita caſuum conſcient. verbo concedere.*

6. Neceſſitas legi non ſubjacet *l. tutor qui repertorium ff. de adminiſtr. tutor. l. ut gradatim* §. 1. *ff. de muner. & honor. l. non ſolum* §. *fin. ff. de excuſat. tutor l. aliquando ff. de offic. proconſ. l. ſi quis filio ff. de injuſt. teſtam. l.* 1. *Cod. de oper. libert. l. pro tyronibus C. de privileg. domus Auguſtalis lib.* 11. *cap. licet de feriis cap. quanto in fin. de conſuetud. cap. exiit col.* 4. *in fine de verbor. ſignific. lib. ſexto Thomas de Thomaſettis regul.* 189. *Surd. deciſ.* 86. *nu.* 8. *Gail. pract. lib.* 1. *obſervat.* 102. *num.* 8. *Plac. de delictis lib.* 1. *cap.* 28. *nu.* 3. *Matien. l.* 1. *gloſ.* 21. *tit.* 10. *lib.* 5. *nova recopil. P. Sanch. de matrim. lib.* 3. *diſp.* 10. *num.* 27. *Ceval. commun. contra commun. tom.* 4. *q. fin. nu.* 50. *Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.* 711. *in* 1. *edit. & reſol.* 602. *num.* 3. *in* 2. *edit. Card. Tuſch. tom.* 5. *lit. N. concl.* 19. *Luſit. Benedict. Ægid. in repetit. l. ex hoc ff. de juſt. & jure p.* 1. *cap.* 8. *nu.* 26. *in fine*, elegantiſſime *Munoz de Eſcobar.* qui multa

multa ex ſacra pagina refert, *de ratiocin. admi-niſtr. cap.* 14. *à nu.* 10. *Bartho. Perett. ad extra-vag: ambitioſæ de rebus eccleſiæ non alien. verbo præterquam num.* 4. *pag.* 176. *Ioan. Petr. Monet. tract. de diſtribut. quotid. p.* 2. *q.* 11. *num.* 38. *Io. Maria* Bellet. *diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de diſci-plina clerical.* §. 4. *nu.* 55. *pag.* 41. & §. 20. *nu.* 13. *pag.* 135.

7. Neceſſitas facit licitum, quod de jure non eſt licitum *cap. quod non eſt licitum de reg. jur.* Tiraq. *de pœnis temper. cauſa* 33. *nu.* 3. *Ceval. commun. contra commun. q. fin. nu.* 6. *tom.* 4. *Car-doſ. in praxi judicum, & advocat. verbo neceſſitas nu.* 2. *Anton. Oliban. de jure fiſci cap.* 4. *num.* 36. *Eſcobar de ratiocin. cap.* 14. *nu.* 13. *Ioan. Petr. Mo-net. de diſtribut. quotid. p.* 2. *q.* 11. *num.* 38. *Bel-lett. d.* §. 20. *num.* 13. [*Schleiſ. in VVeſemb. ff. de reb. eor: qui ſub tut.*]

[Et qui ex neceſſitate juramentum non ſer-vat perjurus non eſt, *Felin. in c. quærelam de ju-rej. per c. ſi vero eod. Ioan. Andr. in c. in argumen-tum de* R. I. *in.* 6. *nu.* 4. *Seb. Medic. de caſ. fort. p.* 1. *qu.* 6. *nu.* 35. *adde* Nicol. *ab Alt. ſing.* 1. *tot.*]

8. Ex neceſſitate quæ fiunt, non dicuntur fieri in fraudem *Gozadin. conſ.* 87. *nu.* 15. quem refert, & ſequitur *Flamin. de reſignat. tom.* 1. *lib.* 2. *q.* 3. *nu.* 40.

9. Neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit *l. rem legatam ff. de adimend. legat.* Tiraq. *in l. ſi un-quam*

quam verbo donatione largitus, *numer*. 106. *C. de revocandis donat. Valaſc. conſ.* 153. *nu*. 24. *Gam. Luſit. deciſ.* 71. *num*. 3. *Pichard. ad rub. inſtit. de adopt. nu*. 45. Neceſſitatibus leges non ſervantur, *l. ut gradatim*, §. 1. *ff. de mu. & bono*.

10. Negantis factum per rerum naturam nulla eſt probatio, *cap. bona de elect. cap. ſuper hoc de renunciat. Hyeronim. Ferdinandez de Otero in repetit. cap. fin. de conſuetud. nu.* 30. Negativa enim probari non poteſt, ut per *Anton. Gabri. tom.* 3. *commun. tit. de probat. concl.* 6. *Maſcard. de probat. concl.* 1087. *Fulvi. Pacian. eod. tract. lib.* 1. *cap.* 38. *Donat. à Fin. tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 35. *& num.* 20. *&* 28. *Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *q.* 50. *num.* 8. *cum ſeqq. Vincent. Caroc. tract. de locato, & conducto tit. de negativa probanda p.* 3. *Cardoſ. in praxi judicum verbo probatio nu.* 29. *Rebuf. de except. nu.* 160. *cum ſeqq.*

11. Negatio facit rem dubiam, *cap. veniens* 13. *de ſupplenda negligent. prælato. Felin. in cap. ſuper eo à num.* 2. *de teſtibus cogendis. Surd. conſ.* 4. *num.* 28. *Gutier. pract. lib.* 3. *quæſt.* 9. *num.* 10.

12. Negativa plus negat, quam affirmativa affirmet, *gloſ. in cap. cum dilectus de conſuetud. Cardin. Tuſch. tom.* 5. *lit. N. concl.* 26. *Mari Antonin. vari. lib.* 1. *reſol.* 20. *num.* 7. *Surd. deciſ.* 243. *num.* 6. ubi *num.* 7. aſſerit quod negativa diſpoſitio nullum caſum excipit. Et negatio plus

plus tollit, quam ponit affirmatio, quia malignantis naturæ eſt, & quidquid ſequitur negat, *l. filius fam.* §. 1. C. *de donat. gloſ.* 1. *in l. juriſgentium,* §. *ſed ſi fraudandi, ff. de pact. gloſ. verbo à ſuſpenſis in cap. cum dilectus de conſuetud. gloſ. verbo non poteſt in cap.* 1. *de reg. juris lib.* 6. quas ſequuntur frequentiſſime ſcribentes per *tex. ibi, in l. ſi is qui ducenta,* §. *verū ff. de rebus dubiis* cum multis aliis quæ latè proſequitur, *Tiraq. de jure primog. q.* 24. *nu.* 12. *Cov. vari. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 7.

13. Negligentia imputari non debet ignoranti, *l. ſi quis in gravi* §. *ſi quis ignorans ff. ad Silani. cap. apoſtol. de excep.* Negligentia alterius ei, qui diligens eſt nocere non debet, *l. ſi non expedierit* §. *ſi pupillus, ff. de bon. auct. jud. poſſid.* Et negligentia nunquam alicui debet imputari, ubi diligentia nihil proficeret, *l. ſi.* §. *ſi ea conditione, ff. ad leg. Rhod. de jactu, Io. Maria Bellet. diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de diſciplina clericali,* §. 20. *num.* 14.

14. Negligentia unius alteri nocere non debet, *l. rem hæreditariam in fine, ff. de evict. l.* 3. *ff. de tranſact. l. fin. ff. ad Silanian. l. non debet, ff. de reg. jur. Thomas de Thomaſettis reg.* 190.

15. Nemo dat, quod non habet *l. traditio, ff. de acquir. rerum domin. l. nemo plus ubi Dec. & Cagnol. ff. de reg. juris l. ſi filius Cod. de donation. cap. quomodo de conſecrat. diſt.* 4. *cap. quod autem de jure patron. cap. nemo plus de reg. juris*

 lib. 6.

lib. 6. Surd. conſ. 194. *num.* 17. *& conſ.* 247. *num.* 10. *& conſ.* 265. *numer.* 6. *Cæſar. Argel. de contradictore legitimo, q.* 5. *num.* 28. *Anton. Monach. Bonon. deciſ.* 19. *num.* 4. *Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 10. *num.* 19. *Cardin. Tuſch. tom.* 2. *lit. D. concl.* 17. *Thomas de Thomaſettis reg.* 191. ubi exponit procedere de per ſe; ſecus autem auctoritate legis.

[§. 1. Nemo poteſt pro parte hæreditatem adire, & pro parte repudiare, *Bronch.* 3. *aſſ.* 36. *VVeſenb. ff. de acq. har. num.* 5.]

[Quamvis hodie moribus quis partim teſtatus poſſit decedere, & partim inteſtatus, *Peck.* 1. *de teſt. con. c.* 45. *nu.* 13. *Gudel. de I. N. lib.* 2. *c.* 5. *verſ.* Ac ex eo, *Goris. adverſ. tract.* 4. §. 12. *&* §. 11. *nu.* 5. 6. *Gail.* 2. *obſ.* 124. *nu.* 14. *& de arreſt. c.* 6. *num.* 19. *Burgund. ad* C. *Fl. tract.* 6. *nu.* 4. *&c. Chriſtin. vol.* 1. *dec.* 51. *nu.* 61. *Sande ad* C. *Gel.* 2. *tract.* 1. *c.* 2. §. 4. *numer.* 7. *&c. Everh. in loc. à tanquam* 116. *nu.* 19. 22. *diff. v. Forſter. de ſucceſ. lib.* 1. *c.* 39. *Fachin.* 4. *cont.* 15. *Schneid.* §. *hæreditas, nu.* 5. *&* 6. *Inſt. de hær. inſt. Neoſt. Cur. Holl. dec.* 3. *qu.* 2. *Gomez.* 1. *var. reſ.* 10. *num.* 8 *&c.*]

[Et ſic ubi diverſa ſunt patrimonia diverſis legibus ſubjecta, poteſt quis eſſe legatarius ſimul & hæres reſpectu diverſorum bonorum, *Chriſtin. ad ll. M. tit.* 16. *art.* 36. *in addit. verſ. Quæri hic etiam, & vol.* 6. *dec.* 114. *ubi plures alleg.*]

16. Nemo

16. Nemo plus juris in alium transferre poteſt, quam ipſe in ſe habeat, *l.* 2. C. *de pœnis, l.* 1. C. *qui pro ſua juriſd. cap. nemo poteſt* 79. *de reg. juris lib. ſexto Ioſeph de Seſſe Aragon. deciſ.* 188. *num.* 15. *&* 23. *Cæſar Argel. de contradictore legitimo q.* 9. *num.* 58. *Pichard. ad princip. inſtit. de acquiſit. per arrogat. numer.* 49. *Surd. conſ.* 126. *num.* 31.

17. Nemo videtur eligere viam, per quam judicium ſuum ſubvertatur, *l.* 3. *verſ. nec credendum, ff. de milit. teſtament. l. quoties* 13. *ff. de rebus dubiis l. quoties, ff. de verbor. obligat. tex. optimus in cap. abbate juncta gloſ. verbo potius, de verbo. ſignific. cum aliis de quibus Meno. de præſumpt. lib.* 6. *q.* 4. *à princip. Cardin. Mantic. de conjecturis ultimar. volunt. lib.* 2. *tit.* 1.

18. Nemo tenetur ad impoſſibile vide ſupra *lit.* I. *numer.* 12. Nemini conſulendum eſt cum alterius detrimento, *l. nec avus C. de emancip. liber. cap.* 1. 22. *q.* 2.

19. Neſcire, & dubitare paria ſunt, *l. maniſeſtiſſimi C. de furtis Tiraq. in l. ſi unquam in princip. numer.* 96. *C. de revocandis donat. Sarm. lib.* 2. *ſelect. cap.* 10. *num.* 5. *Menoch. de arbitr. caſu* 75. *num.* 7. Et neſcire, vel non poſſe paria ſunt, *l. in actione verſ. plane, ff. de furtis.*

20. Nihil, & inutile æquiparantur, *l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re judic. cap. ſicut vigori* 1. *q.* 1.

21. Ex nihilo nihil fit, *l. Seiæ ff. de tutor. &*

 curator.

curator. l. ejus ff. de reb. credit. facit *l. ſi Mævia ff. de hæred. inſtit. Ariſto. lib. 1. de gene. & corrupt. Cald. Pereira de empt. cap. 3. num. 15. Farin. in praxi criminal. par. 4. conſ. 60. n. 90. & ibi addit.*

22. Nolle, & non poſſe paria ſunt, *l. 1. §. uſus ff. de procurator. l. 3. C. de hæredibus inſtit.*

23. Nominatio ſępe probat qualitatem rei, *D. Barb. in l. cum prætor, §. ult. nu. 243. ff. de judiciis.* Unde contractus talis præſumitur, qualis fuit denominatus, *Honded. conſ. 35. num. 4. lib. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 3. q. 105. nu. 2. Anton. Monach. Florent. deciſ. 51. num. 5.*

24. Non entis nullæ ſunt qualitates, *l. ejus qui in provincia verſ. quoniam ff. ſi cert. pet. l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic. l. 2. ff. de uſufr. l. Pomponius §. fin. ff. de acquir. poſſeſ. l. ſi ſervum, §. fi. ff. de action. empt. l. nec ullam, §. ſi quis abſentis, ff. de petit. hæredit. l. qui ſuperſtitis, ff. de acquir. hæredit. l. 1. ff. de hæred. vend. cap. bonæ de elect. cap. ad diſſolvendum de deſpon. impub. Tiraq. de jure primog. q. 55. nu. 10. & tract. ceſſante cauſa p. 1. numer. 212. Gom. vari. tom. 1. cap. 1. num. 9. & cap. 10. num. 43. & l. 17. Tauri nu. 19. verſ. 1. late Remig. tract. de immunit. eccleſ. ampliat. 20. à nu. 5. Thomas de Thomaſettis reg. 202. Guter. pract. lib 3. q. 35. nu. 10. Surd. deciſ. 316. num. 6. & conſil. 61. nu. 57. & conſil. 246. numer. 15. Brunor. à Sole in locis commun. verbo qualitas 9. Cardin. Tuſch. tom. 6. lit. Q. concl. 6.*

Digitized by Google

concl. 6. *Hieronym. Ferdinandez de Otero in interpretat. cap. gratum num.* 73. *de officio delegati, Eſcobar. de ratiocin. cap.* 15. *num.* 17. *& cap.* 19. *num.* 26. *Anton. Monach. Florent. deciſ.* 56. *num.* 5. *Ceval. commun. contra commun. tom.* 4. *q.* 905. *num.* 80. *Cald. Pereira quæſt. forenſ. conſ.* 15. *num.* 50. *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.* 188. *num.* 14. *&* 24. *Cæſar Argel. de contradictore legitimo q.* 4. *num.* 13. *Mari. Antonin. vari. lib.* 1. *reſol.* 26. *num.* 4. *& lib.* 3. *reſol.* 48. *numer.* 18. Unde ens magis imprimitur in hominum memoria, quam non ens, ut aſſerit *Farin. in praxi crimin. p.* 4. *conſ.* 55. *num.* 76.

25. Non entis, & non apparentis idem eſt judicium, & paria ſunt rem non eſſe, & non apparere, *l. duo ſunt Titii, ff. de teſtam. tutel. l. in lege* 77. *ff. de contrah. empt. l. cum res* §. *itaque, ff. de legat.* 1. *Surd. deciſ.* 149. *num.* 2. *& deciſ.* 306. *num.* 13. *& conſil.* 245. *num.* 13. *& conſil.* 377. *numer.* 23. *Rota Romana apud Farin. deciſ.* 167. *num.* 35. *tom.* 1. *p.* 1.

26. Non eſſe, & non poſſe probari paria ſunt, ut per *Surd. deciſ.* 149. *num.* 2. Et paria ſunt non eſſe, vel reperiri non poſſe, *l. cum unus* §. *fin. ff. de bon. aucto. jud. poßid. not. Bald. per illum tex. in l. cum ita,* §. *ſpecies, ff. de legat.* 2.

[§. 2. Non minus ardebunt qui cum multis ardebunt, *c. multi in fin.* 2. *qu.* 1.]

27. Non eſſe, vel eſſe nullum paria ſunt, *l.*

 duo

Digitized by Google

duo ſunt Titii *ff. de teſtam. tutel. l. non putavit, §.non quævis, ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab. Surd. deciſ.* 51. *num.* 14. *& deciſ.* 222. *num.* 2. *Flamin. de reſignat. tom.* 2. *lib.* 8. *q.* 8. *nu.* 34. *cum ſeqq. Cald. Pereira de poteſt. eligendi cap.* 5. *num.* 8. *Farin. in praxi crimin. p.* 1. *q.* 15. *num.* 45. *cum ſeqq. & pa.* 4. *conſ.* 60. *num.* 90. *& par.* 5. *quæſt.* 114. *num.* 128.

28. Non fieri vel non ſortiri effectum paria ſunt, *l.* 1. *§. nihil, ff. de inoffic. teſtam. l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſtam. tutel. l. ex conſenſu, §.* 1. *ff. de appellat. Surd. conſ.* 245. *num.* 14.

29. Non fieri, vel ita fieri quod factum non duret paria ſunt, *Anton. Monach. Bonon. deciſ.* 40. *puncto* 7. *num.* 18. Nam factum non dicitur, quod non durat factum, ut ſupra notatum eſt *lit.* F. *num.* 26.

30. Non fieri, & inutiliter fieri paria ſunt, *argu. tex. in l. pen. in princip. ff. de ſuis, & legitimis hæred. l. quoties ubi gloſ. & doct. ff. qui ſatiſd. cog. §. ſciendum inſt. de ſatiſdat. tutor. gloſ. verbo inutilem in cap.* 2. *de tranſlat. prælati*, Tiraq. *ad leg. connub. gloſ.* 1. *p.* 6. *à num.* 12. *Palat. in repetit. rub. de donat. inter virum, & uxorem §.* 70. *num.* 29. *Cou. pract. cap.* 7. *num.* 2. *verſ. eſt & in hoc, Io. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſ. p.* 3. *cap.* 9. *num.* 22. *Surd. conſ.* 28. *num.* 89.

31. Non fieri, vel minus legitime fieri, ſeu aliter fieri, quam debeat de jure paria ſunt, *l.*

quoties

quoties ubi Iaſ. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſi autem nullum C. de legit. hæred. cap. inter corporalia de tranſlat. Epiſcop. cap. veniens de presbyt. non baptiſ. cap. fin. de reſtit. ſpoliator. Surd. conſ. 45. *nu.* 42. *& conſ.*88. *nu.* 16. *& conſ.*3. *nu.* 12. *& deciſ.* 122. *num.* 6. *& deciſ.* 269. *num.* 12. *Flamin. de reſignat. tom.*2. *lib.* 11. *q.* 7. *num.* 8. *Valaſc. de partit. cap.* 8. *num.* 44. *Brunor. à Sole in locis commun. verbo factum, nu.* 17. *Anton. Monach. Florent. deciſ.* 26. *numer.* 2. *Thomas de Thomaſettis reg.* 117. *in fine, & reg.* 220. *Ioann. Petr. Monet. tract. de diſtribut. quotid. p.*2. *q.*2. *num.* 19. *Mari. Antonin. vari. lib.* 2. *reſol.* 8 *num.* 8.

32. Non fieri, vel invalidè fieri paria ſunt, *l. non putavit, §. non quævis, ubi Bart. ff. de bonorum poſſeſſ. cont. tab. l.* 1. *§. quod autem, ubi Bald. ff. de officio præf. urb. l. quoties, ubi Iaſ. ff. qui ſatiſd. cog. Surd. conſ.* 157. *num.* 13. *Mari. Anton. vari. lib.* 2. *reſol.* 11. *num.* 10.

33. Non omnia quæ licent honeſta ſunt, *l. in cauſæ* 16. *§. idem Pompon. ff. de minor. l.* 1. *in princip. ff. de aqua quotid. & æſti. l. non omne, ff. de reg. juris, Pinel. in l.* 2. *C. de reſcind. vendit. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 35.

[§. 3. Non debet in aliena poteſtate eſſe conditionem alterius, nihil delinquentis deteriorem facere, *l.* 1. *§. ult. & l.* 2. *ff. qua vi aut clam. l.* 39. *ff. de neg. geſt. l.* 51. *§.* 5. *ff. de no. op. nun. l.* 74. *de R. I. Coll. Arg.* 43. 24. *th.* 5.]

 34. Non

34. Non poſſe reperiri, vel non poſſe poſſideri paria ſunt, *l. cum unus*, §. *ult. ff. de rebus auctorit. judic. poſſid.*

35. Non præſtat impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum, *cap. non præſtat* 52. *de reg. juris lib. ſexto, Cardin. Tuſch. tom.* 5. *lit.* N. *concl.* 66. de quo vide etiam ſupra *lit.* I. *num.* 7.

36. Non ſuccedere, vel non eſſe in rerum natura, paria ſunt, *l. pater filium, ff. de inoffic. teſtam. l.* 3. §. *ſed ſi ſunt ſui, ubi Bart. ff. ad* Tertul. *cum pluribus aliis apud* Tiraq. *de jure primog. q.* 53. *num.* 16. *Surd. conſ.* 237. *num.* 3.

37. Noſtra omnia facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur, *l.* 1. §. *omnia*, C. *de veter. jur. enuclean. gloſ. inſtit. de jure nat.* §. *plebiſcitum in verſ. conſule, Gom. l.* 40. *Tauri nu.* 89. *verſ. tertio*, & *l.* 48. *num.* 3. *Rebuf. in praxi p.* 3. *tit. de infirm. reſign. gloſ.* 2. *nu.* 3. *pag.* 204. *Valaſc. conſult.* 105. *nu.* 63. *Melchior Phœb. Luſit. deciſ.* 28. *numer.* 12. *tom.* 1. *Cardin. Tuſch. tom.* 5. *lit.* N. *concl.* 67.

[§. 4. Notorium & manifeſtum non eget declaratione, *Dd. ad l.* 2. *ff. ſi quis caut. Boër. dec.* 40. *tot. Afflict. dec.* 29. *Zaſ. conſ.* 10. *nu.* 60. *lib.* 2.]

38. Nullum quod eſt, nullum producit effectum, *l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re judic. l. non putavit*, §. *non quævis, ff. de bonorum poſſeſ. cont. tab. l.* 2. *ff. de auctor. tutor. l. ſi aut nullum*, C. *de legitimis hæred. l. non dubium*, C. *de legi. l. fin.* C.

de

de ſentent. ex brevilo. recitan. cap. illud de jure patron. facit cap. quod nullum, & cap. non præſtat 52. *de reg. juris lib. ſexto, proſequuntur Surd. deciſ.* 40. *num.* 8. *& conſ.* 3. *num.* 11. *& conſ.* 373. *num.* 24. *Bartol. Perett. de rebus eccleſiæ non alien. ad extravag. ambitioſæ verbo infringere numer.* 4. *Flamin. de reſignat. lib.* 7. *q.* 1. *num.* 26. *Cot. in memorab. verbo actus nullus. Mendez à Caſtro cum ab eo citatis in praxi Luſit. lib.* 3. *cap.* 21. *nu.* 43. *Cæſar. Argel. de contradictore legitimo q.* 7. *num.* 146. *Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p.* 3. *collect.* 623. [Hinc ex actu nullo pœna non committitur, *l. cum lege ff. de arbitr. per l. quod autem, §. ſi uxor. de don. int. vir & uxor. Bald. in l.* 2. *C. de epiſc. aud.*] Et paria ſunt nullum eſſe, vel eſſe ſine effectu, *Surd. deciſ.* 51. *num.* 21. *&* 22. *& con.* 3. *à num.* 8. *& conſ.* 157. *à num.* 13. *& conſ.* 179. *à num.* 49. *& conſil.* 381. *à num.* 13. *Anton. Monach. Bonon. deciſ.* 40. *puncto* 7. *num.* 20. *Mari. Antonin. vari. lib.* 1. *reſol.* 61. *num.* 24. Nec jus aliquod tribuere poteſt, quod nullum eſt, *Rota Romana apud Farin. deciſ.* 572. *num.* 9. *tom.* 2. *p.* 1.

[Ideoque ſententia nulla executioni mandari non debet à judice, *VVameſ. civ.* 1. *conſ.* 76. *num.* 5. 6. *& conſ.* 88. *num.* 24. 25. *Viv.* 2. *deſc.* 304. *num.* 4. *&c. Berlich.* 1. *pr. con.* 84. *nu.* 12. *Chriſt. ad ll. Mechl. tit.* 1. *art.* 30. *nu.* 11. *& ibi not. Gail.* 1. *obſ.* 113. *num.* 2. *Iaſ. in l.* 4.

Digitized by Google

§. condemnatum, nu. 7. &c. de re jud. ff. neque ex ea (parte ſaltem opponente) condemnationem aliquam facere, *VVameſ. civ. 5. conſ. 27. num. 1. 2.*]

39. Nullum ipſo jure, non præſtat impedimentum, *l. 4. §. condemnatum cum ibi not. ff. de re judic. cap. conſideravimus de elect. cap. qui contra jus, & cap. non præſtat. 52. de reg. juris lib. ſexto, Cardin. Tuſch. tom. 5. lit. N. concl.* 140. præſertim quatenus concernit præjudicium tertii, *Vant. de nullit. in rub. quoties, & intra quod tempus, &c. num.* 53. quem adducit *Mari. Antonin. vari. lib. 2. reſol. 18. num.* 3.

40. Nullum ab initio, non convaleſcit ex tempore, *cap. quod ſicut, de elect. cap. non firmatur* 18. *de reg. juris lib. ſexto, l. quod in initio ff. eod. tit. Cardin. Tuſch. tom. 5. lit. N. concl.* 142. *cum ſeq. Thomas de Thomaſettis reg.* 255. ubi intelligit, quando ab initio actus omnino invalidus erat. Amplia favore animæ, *Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. cap. 12. nu. 13.* Limita in actu conditionali, *D. Barb. in l. 1. ff. ſolut. matrim. p. 4. nu.* 96. Et quod ab initio inutile eſt, ex eventu non confirmatur, *l. ſi tutoris, ff. quod juſſu.*

41. Nullum quod eſt, confirmari non poteſt, *Menoch. conſ.* 351. *num.* 19. *Surd. de alim. tit. 8. privil. 22. num. 34. & deciſ. 53. num. 11. & deciſ.* 289. *n.* 8. *Molin. de primog. lib. 2. cap. 7. num.* 7.

num. 7. *Cald. Pereira de poteſt. nomin. in reſp. pro Duce Paſtranæ verſ. quæ ſententia, Bernard. Græv. ad pract. cameræ imper. lib.* 2. *concl.* 1. *nu.* 32. *cum ſeqq.* Nam confirmatio ſemper refertur ad id, quod eſt validum, ita *Surd. deciſ.* 289. *num.* 9. *cum ſeq.*

42. Nullum quod eſt ab initio, ipſo jure, ratificari non poteſt, *gloſ. ult. in cap. cum nos de his quæ fiunt à prælatis, Tiraq. in l. ſi unquam verbo revertatur num.* 415. *C. de revocandis donat. Rota Romana apud Farin. deciſ.* 492. *num.* 9. & *deciſ.* 535. *num.* 11. *tom.* 2. *p.* 1.

43. Nullum quod eſt, reſcindi non poteſt, *l. nam etſi ſub conditione, ff. de injuſto rupto, irritoque facto teſtam. l. obligare,* §. *tutor. ff. de auctorit. tutor. l. ſi tutor. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria, cap. ad diſſolvendum de deſponſat. impuberum, Surd. conſ.* 52. *nu.* 58. & *conſ.* 73. *num.* 77. & *conſ.* 160. *nu.* 61.

44. Nulla, & non facta parificantur ut per *Flamin. de confident. q.* 46. *num.* 30. Nullum quod eſt, nihil eſt, *l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re judic. Alex. conſ.* 33. *in princ. vol.* 1. *Franc. Becc. conſ.* 12. *nu.* 54. *quos refert Mari. Antonin. var. lib.* 1. *reſol.* 78. *num.* 10.

[Dictio nullatenus vel nullo modo univerſalis eſt, & negat omnes caſus tam directos quam indirectos, & omnem potentiam, *per. l. ult. C. de teſt. milit. v. Aug. Barb. dict.* 226. *n.* 2.]

1. Obſcurè

O.

1. Obſcurè reſpondere, & nihil reſpondere paria ſunt, *l. de ætate* 12. §. *nihil intereſt*, *ff. de interrogat. act.* faciunt notata per *Soar. tom.* 1. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 19. *num.* 139. *pag.* 293. *ubi Bellacomb. num.* 285. *Anton. Del Re. Tiburt. in tract. de juram. calumn. cap.* 14. *num.* 73.

2. Odia reſtringenda ſunt, & favores ampliandi, *l. cum quidam*, *ff. de lib. & poſth. cap. renovantes* 22. *diſt. cap. odia* 15. *de reg. juris lib. ſexto*, *cap. ne aliqui de privil. eod. lib. Ioſeph. Aldrete de religioſa diſciplina tuenda lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 6. *Ioann. Petr. Monet. de diſtribut. quotid. p.* 1. *q.* 10. *titul.* 1. *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.* 18. *num.* 102. *& deciſ.* 45. *num.* 27. *Thomas de Thomaſettis in floribus legum reg.* 209. ubi dicit procedere, quando aliquid eſt omninò odioſum. Eccleſiæ tamen favore non reſtringuntur, ſed ampliantur, ut per *Marc. Anton. Genuenſ. in pract. eccleſ. q.* 541.

3. Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum, *l. ſed etſi quis*, *ff. quemadmodum teſtam. aperiant. l. inter officium*, *ff. de rei vendicat. l. poſt legatum*, §. *advocatum*, *ff. de his quibus ut indignis*, *l. videlicet*, *ff. ex quib. cauſ. major. l. ſi ſervus*, §. *quod*

Digitized by Google

§. quod verò, ff. de furtis, l. cum quidam C. de adminiſtr. tutel. cap. pervenit de fidejuſſor. cap. cum non deceat 30. *de elect. lib.* 6. *facit cap. cum dilecto, ubi gloſ. de renunciat. in antiquis, Surd. conſ.* 19. *nu.* 12. *Cardin. Tuſch. tom.* 5. *lit.*O.*concl.*94. *Eſcobar de ratiocin. comput.* 17. *num.* 5. *& cap:* 7. *num.* 57. *Thomas de Thomaſettis reg.* 211. *Ioan. Petr. Monet. tract. de diſtribut. quotid. p.* 2. *q.* 11. *num.*8.[*Surd. dec.*153. *num.* 18. *& dec.*309. *num.* 6. *Maſcard. concl.* 1138. *num.* 6.]

4. Omne qui dicit, nihil excludit, *l. Iulianus in princip. ff. de legat.* 3. *l. hoc articulo, ff. de hæred. inſtit. l. pediculis, §. Labeo, ff. de aur. & argent. leg. l. fin. ff. de pen. leg. l. ſi quis, ff. de peculio legat. l. ſi cui ſervo omnes, ff. de legat.* 1. *l. pœnales, §. fin. ff. ad leg. falcid. l. à procuratore, C. mand. cap. ſolitæ de major. & obed. latè Burg. de Paz. conſ.* 25. *numer.* 28. *Tiraq. in l. ſi unquam verbo totam nu.*1. *C. de revocandis donat. Menoch. conſ.* 156. *num.* 23. *Surd. deciſ.*265. *nu.* 30. *Flamin. de reſignat. tom.*2. *lib.*11. *q.*3. *nu.* 16. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 6. *num.* 21. *Cald. Pereira de empt. cap.* 9. *num.* 5. *Eſcobar de ratiocin. cap.* 7. *num.*47. *& cap.*8. *num.* 3. *Bertazol. tract. clauſular. inſtrum. clauſula* 4. *gloſ.* 3. *numer.* 1. *& clauſula* 21. *gloſ.* 3. *numer.* 1. *& in repetit. l. ſi quis major. C. de tranſact. num.* 205. *& nu.* 707. *Barthol. Perett. ad extravag. ambitioſæ de rebus eccleſiæ non alien. pag.* 92. *numer.* 17. *Thomas de Thoma-*

Digitized by Google

Thomaſettis reg. 252. *Pichard. ad princip. inſtit. de adempt. legat. num.* 30. *Mari. Antonin. vari. lib.* 1. *reſol.* 70. *num.* 18.

5. Omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram impartimur, vide ſupra *lit.* N. *num.* 37.

6. Onera plura quis ſubire non debet eodem tempore, *l. ſi cum dotem*, §. *ſi pater, ff. ſolut. matrim. Cardin. Tuſch. tom.* 5. *lit.* O. *concl.* 137.

7. Onere duplici nemo gravari debet, *l. navis onuſta*, §. *cum autem, ff. ad leg. Rhod. de jactu, l. Sticho in fin. ff. de uſufr. leg. l. Titia cum teſtamento* 35. §. *qui in vita, ff. de legat.* 2. *l. unum ex familia.* §. *ſi rem, ff. eod. tit. gloſ. in l.* 1. *C. de mulier. & in quo loco, Aym. Crav. conſ.* 111. *n.* 8. *& conſ.* 201. *num.* 23. *Franchis deciſ.* 87. *nu.* 5. *Menoch. conſ.* 9. *num.* 4. *& conſ.* 14. *num.* 1. *& conſ.* 21. *num.* 13. *& conſ.* 32. *nu.* 40. *cum ſeq. & conſ.* 75. *num.* 9. *Surd. conſ.* 15. *nu.* 14. *cum ſeq. Pereg. de fideicom. art.* 1. *num.* 33. *& art.* 34. *numer.* 72. *Mol. de primog. lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 10. *Cardin. Tuſch. tom.* 5. *lit.* O. *concl.* 136. *Rota Romana apud Farin. deciſ.* 672. *nu.* 3. *in fi. tom.* 2. *p.* 1. *Mari. Antonin. vari. lib.* 1. *reſol.* 97. *nu.* 4. *& reſol.* 111. *num.* 40.

[Neque hoc teſtator cenſetur voluiſſe: niſi alias legatum redderetur inutile, *d. l. Titia, & l. qui concubinam*, §. *qui hortos de leg.* 3. *Mantic. de conj lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 23. 14. 15.]

8. Onus

8. Onus qui ſentit, debet ſentire etiam commodum, *l. ſecundum naturam, ff. de reg. juris, l. 1. ff. de inſti. actio* facitque tritum, & vulgare illud, commoda qui ſentis jungas onus emolumentis, *Cardin. Tuſch. tom.* 5. *lit.* O. *concl.* 144. *Thomas de Thomaſettis in floribus legum, reg.* 15. *Io. Maria Bellett. diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de favore clericorum canonis*, §. 2. *num.* 28. *pag.* 184.

9. Onus adjectum rei, facit ut res tranſeat cum illo, vide infra *lit. R. num.* 17.

10. Onus extrinſecum non minuitur, etiam diminuto emolumento, *l. liberto*, §. 1. *ff. de annu. leg. Cardin. Tuſch. tom.* 5. *lit.* O. *concl.* 143.

11. Operarius dignus eſt mercede ſua *cap. quicunque* 12. *q.* 2. & unuſquiſque ſecundum laborem ſuum mercedem accipiet, ex *Paul. ad Corinth.* 1. *cap.* 3. & conſtat *Deuter. cap.* 24. *& Tobiæ* 4. & juxta illud *Matth.* 20. *Voca operarios, & redde illis mercedem*, *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 59. *nu.* 2. *Rebuff. in repetit. l. Barbarius num.* 8. *ff. de offic. prætor. Marant. de ordine judic. p.* 4. *diſt.* 9. *nu.* 197. *Az. in. in praxi* §. 3. *cap.* 31. *n.* 35. *Valaſc. conſ.* 125. *num.* 2. *Bovadil. in ſua polit. lib.* 1. *cap.* 13. *nu.* 48. *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancel. gloſ.* 4. *nu.* 17. *Mexi. in trac. taſſæ panis concluſ.* 2. *num.* 87. *Perez l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 1. *pag. mihi* 36. *& l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 7. *ordin. pag.* 427.

[Neque opus neque aliud quippiam perfectum

ctum videri poteſt cujus materiæ forma ita impreſſa non eſt, ut fine ſuo ſtatim abſolutum appareat, *l.* 5. §. 1. *& ibi Gadd. nu.* 6. 7. *de V. S. & num.* 13. 14.]

12. Oppoſita juxta ſe poſita, magis eluceſcunt, *l. uni.* §. *& cum triplici, in princ.* C. *de caduc. tollen. Ariſtot.* 2. *de Cœlo, latius Bald. in l.* 1. C. *quando lic. ab empt. diſc.*

13. Oppoſitum idem operatur in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, *l. ſi.* §. *fin. ff. de legat.* 3. *l. qui quartam, ff. de legat.* 1. *l. ſi ex toto in princip. ff. eod. l. ſi ut proponis* 2. C. *de nupt. l. Iulianus*, §. *ſi venditor*, & §. *ſi procurator, ff. de actio. empti. Petr. Andr. Gammar. in Dialectica legali lib.* 2. *loco de propoſito ad oppoſitum, Dec. conſ.* 382. *num.* 5. *Mari. Anton. vari. lib.* 2. *reſol.* 58. *num.* 12.

14. Ordo verborum deſignat ordinem intellectus, *Surd. de alim. tit.* 5. *q.* 4. *nu.* 17. *Melchior Phœb. Luſit. deciſ.* 38. *num.* 10. *Aloyſ. Ricci. deciſ. curiæ archiepiſcop. Neapol. deciſ.* 275. *num.* 4. *p.* 2. Et ordo ſcripturæ reducitur ad ordinem intellectus, *l.* 2. §. *prius, ff. de vulga. & pupil. l. talem. ff. de hæred. inſtit.*

15. Ordo denominationis deſignat ordinem dilectionis, & charitatis, *l. qui ſolvendo la.* 2. *ff. de hæred. inſtit. l. quoties, ff. de uſufr. & ibi Goth. Eſcobar de ratiocin. tract. de computat. cap.* 10. *numer.* 2. Et ex ordine honoris colligitur ordo

Digitized by Google

ordo affectionis, *l. Publius in fin. ff. de condit. & demon. v. inf. P. 44.*

16. Ordo ſcripturæ ſemper attenditur in diſpoſitionibus, *l. generaliter, §. ſi quid, ff. de fideicom. libert. l. quoties, ff. de uſufr. cap. pen. de reſcript. lib. 6. cap. mandato de præben. eod. lib. Garc. Girond. de privilegiorum, ſeu exemptionum explicat. num.* 177. *Card. Tuſch. tom.* 5. *lit. O. concluſ.* 196. *Pichard. ad §. ante hæredis* 33. *numer.* 5. *inſtit. de legat.*

17. Ordo, ſeu ſeries ſcripturæ, ordinem voluntatis demonſtrat, *Bald. poſt. tex. in l. quoties, ff. de uſufr. l. hæredes mei, §. fin. ff. ad Trebell. l. generaliter, §. quod ſi legatum, ubi gloſ. ff. de fideicom. libert. cap. mandato de præben. lib. ſexto, Anton. Monach. Lucenſi. deciſ.* 13. *num.* 51. Niſi aliter conſtaret de certa intentione ſcribentis per *tex. expreſſum in cap. auctoritate Martini de conceſſ. præben. in* 6.

18. Ordo ſcripturæ denotat affectionem, & ordinem mentis, *l. quoties* 34. *& ibi Goth. de uſufr. Anton. Monach. Lucen. deciſ.* 64. *num.* 38. ubi *num.* 39. dicit, quod ultimi vocati cenſentur in ſubſidium priorum nominati. [Ideoque teſtator non præſumitur plus dilexiſſe, aut relinquere voluiſſe ſubſtituto quam primo loco poſito, *l. publius Mævius, §. Titia de cond. & demonſtr. Radel. dec.* 52. *num.* 5.]

19. Ex ordine ſcripturæ intentio dignoſcitur

tur diſponentis, *l. quoties, ff. de uſufruct. cap. mandato in fin. de præbend. in* 6. *cap. pen. in princip. de elect. eod. lib. Anton. Monach. Florent. deciſ.* 1. *num.* 63.

[Ex ſolo nudoque verborum ordine nulla alia ratione ſubnixo, deciſio juridica peti non debet. *l. nec enim, ff. de ſolut. l.* 42. *& ſeq. ff. de hær. inſt.* Neque in iis quæ uno contextu fiunt, ſimulque fluunt, prius aut poſterius datur, *l. quidam teſtamento, ff. de pec. leg. Gadd. in l.* 2. *numer.* 30. *de V. S. Tulden. juriſp. extem. p.* 2. *c.* 18. *in fin.*]

P.

1. PActa ſunt ſervanda, *l.* 1. *§. ſi conveniat, ff. depoſit, l.* 1. *ff. de pactis, l. juriſgentium, §. prætor ait, ff. eod. tit. l. fin. ff. naut. caup. ſtabul. l.* 1. *ff. de conſtit. pecun. l. cum amplius in fin. ff. de reg. juris, cap.* 1. *eod. tit. Menoch. conſ.* 1. *num.* 226. *cum ſeq. & conſ.*92. *num.*33. *& conſ.*93. *nu.* 30. *& conſ.* 156. *num.* 46. *& num.* 54. *& de arbitr. lib.* 1. *q.* 57. *num.* 6. *Gom. vari. tom.* 2. *cap.* 8. *nnm.*4. *col.*2. *Surd. de alim. tit.*7. *q.* 18. *num.* 12. *& deciſ.*259. *num.* 5. *& deciſ.* 260. *num.* 12. *& conſ.* 345. *num.* 9. *Cald. Pereira de renovat. emphyt. q.* 11. *num.* 3. *ad fin. Mari. Antonin. vari.*

*lib.*2.

lib. 2. *reſol.* 53. *num.* 5. *Hieronym. Giach. conſil. de moneta Marcheſana à num.* 33. *Cardin. Tuſch. tom.* 6. *lit. P. concl.* 3. *&* 4. *Luſit. Fr. Anton. à Souſa in relect. de cenſur. bullæ cœnæ cap.* 26. *diſput.* 102. *num.* 1. Et æquitati nihil magis convenit, quam pacta ſervare, *l.* 1. *ff. de ædil. edic. d. l.* 1. *ff. de conſtit pec. Surd. conſ.* 183. *nu.* 11. Et nulla eſt major juſtitia, quam ſervare pacta, *d.* §. *ſi conveniat, cap.* 1. §. *ſi id propter quod, quæ fuit prima cauſa benef. amit.* Et rumpere pacta grave eſt apud Deum, ne dum apud homines, ex *d. l.* 1. *ff. de pactis.* Nam pacta dant legem contractui, *Cald. de q.* 11. *num.* 19. Et æquiparantur legi *l. ult. C. de rebus alienis non alien. l. ult. C. de fidejuſſ.* Imò rumpunt leges, *ex gloſ. in capit.* 1. *de regul. juris lib. ſexto, Cagn. in l.* 2. *col.* 2. *verſ. limitata, C. de pact. inter empt. & in d. l contractus, ff. de reg. jur.* quem citat *Mari. Antonin. d. reſol.* 53. *num.* 6. Procedit niſi ſint contra leges & bonos mores, ita *Thomas de Thomaſettis reg.* 216. [*v. Gudel. de jur. Nov. lib.* 3. *c.* 5. nam & qui ſine cauſa ſtipulatur in dolum incidit cum petit, licet cum ſtipularetur nihil dolo admiſerit, *l.* 2. §. *circa*, 3. *ff. de dol. & met. excep. l. cum de indebito.* 25. §. *fin. ff. de prob.*]

2. Pacto quidquid poteſt acquiri, poteſt & præſcriptione, *l. alienationis verbum, ff. de verbor. ſignificat. & ibi Alciat. & Rebuff. Surd. de-*

 ciſ. 3.

ciſ.3. num.23. & deciſ.236. num.9. Valaſc. conſ. 132. num.32. Gam. Luſit. deciſ.379. incipit, inter fratrem num.5. Nam præſcriptio habet vim pacti, *Surd. deciſ. 24. à num.1. Gam. deciſ. 276. numer. 2.*

3. Par in parem non habet imperium, *l. nam & magiſtratus, ff. de recep. arbit. l. ille à quo §. tempeſtivum, ff. ad Trebel. cap. inferior. cap. denique 21. diſt. cap. innotuit 20. §. quamvis de elec. cap.1. de locato.* probat apud Hiſpanos *l.2. tit. 7. par. 3. ubi gloſ. 1. q. 6. & gloſ. 2. & l.15. tit. 1. p. 7. Barth. Perett. ad extravag. ambitioſæ de rebus eccleſ. non alien. verbo prædeceſſorum num. 5. pag. 226. Menoch. de arbit. lib. 2. caſu 438. num.9. Rebuſ. tom.1. ad leg. Galliæ tract. de evocat. nu. 46. pag. 265. Cot. in memorab. verbo par, pag. mihi 657. Surd. conſ.47. n.10. & conſil. 106. n.12. & conſ.167. n.16. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p.5. collect. 1094. Sigiſmund. Scacci. de appellat. q. 2. num.10. Ioſeph. Aldrete in allegat. juris pro omnimoda regularum exempt. par. 3. cap.4. num.28.* Intellige niſi par ſe ſubjiciat juriſdictioni alterius paris, vel etiam minoris, vel procedit, niſi tractetur de publica ſalute, & utilitate, *Thomas de Thomaſettis regul.218.* Multo minus minor in majorem non habet imperium, *l. minor, ff. de minor. d. cap. inferior. cap. denique cap. nunc autem, & cap. in tantum 21. diſt. cap. cum inferior, & ibi Abb. in princip. & numer.*

numer. 1. *de major. & obed.* junctis ſupra notatis *lit.* I. *num.* 21.

4. Pares cum paribus veteri proverbio facilè congregantur, *l. pupillo*, §. 1. *ff. de tutor. & curator. dat. ab his l.* 1. §. 1. *de excuſat. tutor.*

5. Pares in tempore, ſunt pares in jure, *l. aliena* §. 1. *ff. de pignor. act.* Et qui prior eſt tempore, potior eſt jure, vide infra *hac lit. num.* 43.

[§. 1. Paria ſunt aliquid fieri tempore prohibito vel conferri in tempus prohibitum, *Barboz. axiom.* 174. *Paria num.* 31. *l.* 4. *C. de don. ant. nup. l. oratio, ff. de ſponſal l. in tempus, ff. de hær. inſtit. Damhoud. in parib. tit. tempore Prohibito: & ibid. Tulden. Diod. Tuld. de juriſp. ex temp. p.* 1. *c.* 18. *de effect. pr. & c.* 21. *de Tempore pr. Goth. in d. l.* 4. *& ibi Barboz. Argentr. ad conſ. Brit. art.* 220. *gl.* 7. *tot.*]

6. Paria delicta mutua compenſatione tolluntur, *l. viro, atq; uxore* 49. *ff. ſolut. matrim. l.* 2. *ff. ne quis eum, l. cum proponas in* 2. *ubi doct. C. de pact. cap. nihil* 32. *q.* 6. *cap. ſignific. de divor. cap. intelleximus*, *& cap. fin. de adulter. Hyppol. ſing.* 234. *Palat. in repet. rubr. de dona. inter virum, & uxorem*, §. 20. *nu.* 4. *Bertaz. in repet. l. ſi quis major, C. de tranſact. n.* 430. *P. Sanch. de matrim. lib.* 10. *diſp.* 8. *nu.* 29. *Card. Tuſch. tom.* 1. *lit. C. concluſ.* 489. *n.* 15. *& ſeq. Cæſar. Argel. de contradictore legitimo, q.* 10. *nu.* 101. *Farin. in praxi crimin. p.* 5. *q.* 142. *nu.* 39. *& p.* 7. *in fragment. lit. D. nu.* 110.

V 3 Intel-

Intellige in civilibus, ſive ſit circa idem, ſive circa diverſa, *Farin. d. lit. D. num.* 114. *Cardoſ. in praxi judicum, & advocatorum verbo delictum, numer.* 37. Etiamſi pœna ſit parti applicanda, *Cæſar Argel. d. q.* 10. *num.* 102. Amplia in ſpolio, *Farin. d. lit. D. num.* 127. Limita, quando delicta ſunt commiſſa circa diverſa, & ſeparata, *Farin. d. lit. D. num.* 128. *Thomas de Thomaſettis reg.* 219. Limita deinde, quando agitur criminaliter, & ad pœnam, *Cardoſ. ubi proximè, Farin. d. lit. D. num.* 139.

[§. 2. Paries an & quando proprius, vel communis cum vicino eſſe præſumatur vel probetur, *v. Menoch.* 6. *præſ.* 73. *Maſcard. concl.* 1150. *Capol. de ſervit. c.* 40. *de muro. nu.* 13.]

7. Parium eſt eadem juris diſpoſitio, & judicium, *cap. inter corporalia, cap. ſicut ergo, de tranſlat. epiſcopi.* Et eadem eſt natura, *l. ſi ſocer, in fin. ff. ſolut. matrim.* Et eadem eſt potentia, nec major, *l.* 1. *§. veteres, ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſi reus, ff. de duo. re.* quæ regula eſt eadem cum reg. correlativorum, ut per *Bertazol. in repet. l. ſi quis major. C. de tranſact. num.* 801. de qua vide *lit. C. num.* 78.

8. Parum, & nihil æquiparantur, *l. quamvis, ff. de condit. & demon. gloſ. in l. ſi pupillus, §. ſi ego, in verbo ex contrario, ff. ad leg. falcid. cap. coram dilecto* 34. *de offic. deleg. Hyppol. ſin.* 276. *Tiraq. in tract. de judicio in rebus exiguis*

verſ.

verſ.8.pag.53. & in conſuet. Pictav. tit.6. §. 5. gloſ. 5. Surd. conſ.197. num. 2. Sebaſtian. Nævi. ad l. minus 32. num.2. ff. de verbor. ſignific. Mari. Antonin. vari. lib. 2. reſol. 18. *num.*6. Limita, quando datur diverſa ratio, *Surd. d. conſ.* 197. *num.* 21.

[§. 3. Pater ſi diverſerit inter filios res ex fideicommiſſo conditionali uni ex filiis reſtituendas,& is cui reſtituendæ ſunt patris hæreditatem adierit, diviſioni ſtare tenetur, *Zanſ. de bon. deviſ. cap.* 8. *numer.* 24. 26. *per l. cum à matre C. de R. V. & l. ex qua perſona. de R. I. Gail.* 2. *obſ.* 116. *num.* 6. 7. 8.]

[Niſi cum beneficio inventarii adierit hæreditatem, tunc enim dictæ diviſioni ſtare non tenetur,niſi in eo quod ultra legitimam ex patris hæreditate recipit, *Zanſ. ibid. numer.* 27. *clar. §. feudum,qu.*40. *num.* 2. *& qu.*42. *nu.*14. *v. Gail. d. loc. num.* 9.]

9. Pecuniam retinere ſatius eſt,quam ſolutam repetere, *l.* 3. *ff. de compenſat. l. ſi ſtipulatus* 15. *in princip. ff. de fidejuſſor. Tiraquell. de retract. lig. §.* 29. *gloſ.* 2. *num.* 3.

[§. 4. Pecuniæ nomine generali etiam res immobiles & jura ac univerſitas veniunt: ſtrictius pro omni re mobili tantum; ſtrictiſſime pro ſignato nummo tantum pecunia venit, *v. late Gadd. in l.* 4. *nu.*7. 21. & 35. *de V. S. & in l.* 5. *num.* 4.]

[§. 5. Pœnalis promiſſio in diem certum facta ipſius diei lapſu, juris vigore, ſine hominis facto, committitur, *l. magnam* C. *de contr. ſtip. Cuiac. ad l.* 84. *de V. O. Gadd. ad l.* 12. §. 1. *num.* 10. 14. *de V. S.*]

10. Pœna prȩſupponit culpam, *D. Thom.* 2. 2. *q.* 101. *art.* 4. *in ſolut. art.* & 1. 2. *q.* 87. *art.* 7. & 8. *Sot. de juſt. lib.* 1. *q.* 6 *art.* 5. *col.* 2. *verſ. profectò*, & *verſ. verumtamen*, *Sylv. in ſum. verbo pœna nu.* 25. *Cov. vari. lib.* 2. *cap.* 8. *in princip.* & *num.* 1. *verſ. tertio*, *Surd. deciſ.* 277. *nu.* 19. *Guter. canon. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 12. *cum ſeqq.* plures refert *Cened. ad ſextum collec.* 1. *nu.* 2. Et pœna debet culpæ reſpondere, *l. ſancimus* 22. C. *de pœn. cap. non afferamus* 24. *q.* 1. *cap.* 2. *de his, quæ fiunt à majori parte capituli*, *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *q.* 90. *num.* 38. *Menchaq. quæſt. illuſtr. cap.* 8. *nu.* 51. & *cap.* 24. *nu.* 17. Nam pœna propriè non dicitur, niſi quȩ imponitur propter culpam, ita *D. Auguſt. lib.* 1. *retractat. cap.* 9. quem ſequitur *Lud. Carbon. in tractat. de legibus lib.* 8. *diſp.* 1. *verſ. tertium notandum*, & ante eum *Alphonſ. de Caſtr. de poteſt. leg. pœnal. lib.* 1. *cap.* 3. Et propter frequentiam delinquendi augetur pœna, *Ioſeph. de Seſſe Aragon. deciſ.* 97. *nu.* 7. [Et ob populum multum delictum tranſit inultum, *c. quantumcumque* 1. *qu.* 7.] Et publicè intereſt pœnam delinquentibus non remitti, *l. ſi operis*, C. *de pœn.*

11. Pœna debet commenſurari delicto, de

quo

quo *Deuter. cap.* 25. *pro menſura delicti erit & plagarum modus* refertur *in cap. felicis verſ. cæterum de pœn. lib.*6. *& Apocal. cap.* 18. *quantum ſe gloriavit & in deliciis fuit, tantum date illi tormenti, cap. quæſivit de his, quæ fiunt à majori parte capituli, d. cap. felicis, §. illud autem in fi. cap. non afferamus ſtateras in fi.* 24. *q.* 1. *Bertazol. in repetit. l. ſi quis major, C. de tranſact. num.* 68. *Cardin. Tuſch. tom.*6. *lit. P. concl.*211. *Thomas de Thomaſettis reg.* 216. *Farin. in praxi crimin. tit. de inquiſit. q.* 4. *num.* 10. *& q.*17. *num.* 9.

12. Pœna debet tenere ſolos auctores, & delinquentes, *l. ſancimus, C. de pœn. l. abſentem, ff. eod. Bertazol. in repet. l. ſi quis major, C. de tranſact. num.* 111. *Eſcobar de ratiocin. cap.* 42. *num.* 7. *Cardin. Tuſch. tom.* 6. *lit. P. concluſ.* 212. Noxa enim caput ſequitur, *l. crimen, ff. eod. tit. de pœn. l. rem mihi, ff. commodati, §. omnis inſtit. de noxa act. cap.* 1. *de injur. & dam. dat.* cum aliis quæ adducit *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 38. *num.* 30. *Farin. in praxi crimin. p.* 1. *q.* 23. *num.* 1. *Eſcobar d. loco.* Unde nullus pro alterius delicto puniendus eſt, ut conſtat ex teſtimonio *Ezech. cap.* 18. *anima, quæ peccaverit ipſa morietur:* relato *in cap. jam itaque* 1. *q.* 4. *& in cap. ſi habes* 24. *q.* 3. *& in cap. quæris de conſecrat. diſt.* 4. & ex illo *Exod. cap.* 23. *inſontem, & juſtum non occides, & Daniel. cap.* 13. *innocentem, & juſtum non interficies, & Iob. cap.* 4. *quis enim unquam*

 innocens

innocens periit, aut quando recti deleti ſunt? Nav. de pœnit. & remiſſ. lib. 5. conſil. 26. num. 1. Farin. de delict. q. 24. num. 1. cum ſeq. Intellige verum hoc eſſe accepta pœna, prout eſt culpæ correlativa, & prout importat rationem pœnæ per quam juſtitiæ æqualitas reparatur, nam ſi pœna accipiatur ſub ratione medicinæ, ut quis minori bono privetur, & in majori augeatur, vel data juſta cauſa ad majorem reipubl. utilitatem, ut dum unuſquiſque torquetur, cæteri cautius, & promptius à criminibus abſtineant, non inconvenit, ut unus pro alio puniatur pœna temporali, non tamen æterna, neque ſpirituali ad ſalutem animæ pertinente, ita notat *gloſ. verbo de quarta in ſum.* 1. *q.* 4. & diſtinguentes tenent *D. Thomas* 1. 2. *q.* 87. *art.* 8. *in ſolut. articul. & in reſp. ad* 1. *&* 2. 2. *q.* 108. *art.* 4. *in ſolut. etiam art. in princip. Thomas de Thomaſettis reg.* 228. *Cov. vari. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 1. *verſ. quarta, juncto verſ. quinta, Caſtr. de juſta hæretic. punit. cap.* 11. *Guter. canon. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 25.

13. Pœna non irrogatur, niſi expreſſè jure caveatur, juxta *auth. de non elig. ſecundo nub.* §. *ſin autem,* & quæ notantur *in l. cum quidam, ff. de liber. & poſth. gloſ. in cap. fin. de jure patr.* plures refert *Mari. Antonin. vari. l.* 3. *reſol.* 39. *num.* 11. *& num.* 32. *Garc. Girond. de privilegiorum, ſeu exemptionum explicat. num.* 563. Pœna

unius

unius,alterius præmium eſſe non debet,*l. ſi ſequens,ff. ad Sillania.*

14. Pœnam non meretur, qui facit lege permittente,*l. Grachus,C.ad leg. Iuliam de adulter. l. illud, ff. quod quiſque juris, Card. Tuſch. tom. 6. lit. P. concl.* 208. *Campanili in diverſorio juris canon. rub.* 11. *cap.* 33. *num.* 26. *verſ. inſuper, Flamin. de confident. q.* 5. *nu.* 47. *Mari. Antonin. vari. lib.* 3. *reſol.* 42. *num.* 2.

15. Pœnæ non ſunt extendendæ, ſed reſtringendæ, *Burg. conſ.* 8. *num.* 2. Nec debent extendi ad alios caſus, *l. factum cuique §. in pœnalibus, ubi Dec. ff. de regul. juris, cap. in pœnis eod. tit. lib.* 6. *Thomas de Thomaſettis reg.* 227. *Surd. cum multis per eum relatis de alim. tit.* 1. *q.* 51. *num.* 12. [*Pan. in c. adhac num.* 31. *de poſtul. prælat. gl. ſing. in clem. unic. de conſang. & affin.*] Etiam ſi extenſo fiat ex ſimilitudine rationis, *Ioan. Andr. in reg. odia,de reg. juris lib.* 6. *Imol. in l. ſi vero,§. de viro col.*8. *ff. ſolut. matri. Duenh. reg.* 287. *Garc. Girond. de privilegiorum, ſeu exemptionum explicat. num.* 540. Ut autem extenſio fiat in pœnalibus, oportet eſſe in omnibus æquiparationem, *gloſ. verbo ſane in cap.* 1. *de voto lib.* 6. *gloſ. verbo prorogamus in cap. conſtitutus,de regular. Girond. num.* 539. & 561. *dicto loco.*

16. Pœnis benignior fit interpretatio, *l. pen. ff. de pœn. cap. in pœnis* 49. *de reg. juris lib.* 6.

cap.

cap. ex litteris de conſtit. Tiraq. in l. ſi unquam verbo revertatur, num. 246. *C. de revocandis donation. Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori eccleſ. reſol.* 303. *num.* 2. *in* 2. *edit. Thomas de Thomaſettis reg.* 158. *Ugolin. de offic. & poteſt. Epiſcopi cap.* 6. §. 1. *num.* 3.

17. Periculum ubi majus intenditur, ibi plenius eſt conſulendum, *l.* 1. §. *ſed etſi quis, ff. de Carb. edic. l. manifeſtiſſimi, C. de furtis, l. addictos, C. de appellat. cap. ubi periculum, de elect. lib. ſexto, Bertazol. in repetit. l. ſi quis major, C. de tranſact. num.* 6. *Cardin. Tuſch. tom.* 6. *lit. P. concluſ.* 281. *Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ.* 133. *num.* 19. *Farinac. in praxi crimin. par.* 4. *conſil.* 65. *num.* 115.

[§. 6. Peritis, in ſua arte credendum, *Greven.* 2. *pr. concl.* 111. *in pr. & conſid.* 1. *l. quo ſemel.* 6. *C. de re milit. lib.* 12. *& ibi. Goth. Surd. dec.* 83. *numer.* 10. *Maſcard. concl.* 1090. *in pr. Socin. pag.* 362. *perito.*]

18. Permiſſum ad tempus, poſt illud cenſetur prohibitum, *l. ſi unus,* §. 1. *ubi Bald. ff. de pact. l. epiſtola,* §. *fin. ubi Caſtr. ff. eod. tit. l. imperator, ff. de poſtulan. l. cum pater,* §. *à filia, ubi Bart. ff. de legat.* 2. *l. ſtatu liberum,* §. *Stichum, & l. Titia cum teſtamento,* §. *ult. ff. eod. l. pater filium,* §. *fundum, ff. de legat.* 3. *l.* 2. *C. de jure emphyt. cap. ult.* §. *in aliis verſ. ſi verò, ut lite non conteſt. Cacheran. deciſ. Pedem.* 85. *n.* 13. *Tiraq. de retract.*

convent.

Digitized by Google

convent. §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 44. *Menoch. conſ.* 68. *num.* 10. *Surd. de alim. tit.* 5. *q.* 3. *num.* 9. & 10. & *deciſ.* 75. *num.* 1. & *deciſ.* 189. *num.* 9. & *deciſ.* 244. *num.* 10. & *conſil.* 57. *num.* 9. & *conſ.* 354. *num.* 18. *Bertazol. tractat. de clauſular. inſtrum. clauſul.* 15. *gloſ.* 2. *num.* 21. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel.* §. 5. *proœm. nu.* 3. *Cald. Pereira de extinct. emphyt. q.* 1. *num.* 8. & *de renovat. emphyt. q.* 10. *num.* 1. *Barb. in l. cum prætor in princip. num.* 45. *ff. de judic.* Rota Romana *apud Farin. deciſ.* 617. *num.* 2. *tom.* 2. *par.* 1.

19. Permiſſum poſt tempus, ante illud cenſetur prohibitum, *l. promiſſor*, *ff. de conſtit. pecun. Tiraq. de retract. convent.* §. 1. *gloſ.* 2. *nu.* 48.

20. Perſonarum acceptio non eſt habenda in judiciis, *l. ſi cum dies*, §. *ſi arbiter*, *ff. de arbit. cap. in judicio*, *de reg. juris lib.* 6. *cap. novit. de judiciis.* Multa de hoc vitio tradunt *Abb. in cap. de multa numer.* 8. *de præben. Aldobrandin. in* §. *juſtitia numer.* 4. *inſtit. de juſtitia, & jure.* D. *Thomas* 2. 2. *q.* 63. *ubi poſt Cajet. optime*, & *plenè Aragon.* & *Salon. Gabr. in* 4. *diſt.* 15. *q.* 7. *Soto lib.* 3. *de juſtit. q.* 6. D. *Antonin.* 2. *p. tit.* 1. *cap.* 19. & 20. *Abulenſ. ſuper cap.* 25. *Matthæi q.* 108. *cum ſeqq. Alexand. Alenſ.* 2. *p. q.* 119.

21. Pluralis locutio in duobus ad minus verificatur, *l. ubi numerus*, *ff. de teſtib. l. libertas*, §. *ult. ff. de manum. teſtam. l. inter illa*, §. *fin. ff. de*

ff. de verborum oblig. cap. pluralis locutio 40. *de regul. juris lib. ſexto, Everard. in topicis legal. loco* 54. *Maſcard. de probat. concl.* 838. *num.* 12. *Cened. pract. quaeſt. ſing.* 80. *num.* 3. *Mari. Anton. vari. lib.* 1. *reſol.* 109. *nu.* 37. *Eſcobar. de ratiocin. cap.* 18. *num.* 43. Pluralis enim numerus uno non contentatur, ut per *Card. Tuſch. tom.* 2. *lit. D. concl.* 333. *nu.* 1. *& lit. P. concl.* 367.

[Imo reſolvitur quandoque in ſingularem, *Tulden. Inſt. lib.* 3. *tit.* 2. *per l.* 19. *ff. de hær. inſt. l.* 56. *de C. & D. & l.* 2. *in fin. de condit. inſt.* Sicut & ſingularis explicatur in pluralem, *Tulden. ibid.*]

22. Pluralitas actuum non præſumitur, *l. omnium C. de teſtam. ubi gloſ. l. fin. C. de rebus creditis, cap. in præſentia verſ. verum in* 2. *de probat. Everard. in topic. legal. loco* 86. *Maſcard. de probat. concl.* 1174. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *caſu* 93. *num.* 32. *Gom vari. tom.* 3. *cap.* 11. *num.* 6. *in fin. Brunor. à Sole in locis commun verbo actuum, nu.* 31. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 93. *num.* 12. *Farin. in praxi crimin. p.* 2. *q.* 64. *num.* 319. *& p.* 4. *deciſ.* 98. *& Rota Romana apud eund. deciſ.* 119. *num.* 7. *tom.* 1. *p.* 1. Nec etiam præſumitur pluralitas perſonarum, niſi probetur ab allegante, *l.* 1. *C. de probat. Surd. conſ.* 61. *num.* 74. *vol.* 1. *Rota Romana in noviſſ. deciſ.* 5. *num.* 4. *p.* 1. *Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *q.* 15. *num.* 36. *cum ſeq.* Limita in rebus, in quibus

Digitized by Google

bus præſumitur pluralitas, *Afflict. deciſ.* 23. *nu.* 3. *Crav. conſ.* 112. *num.* 4. *Surd. conſ.* 61. *num.* 13. *& num.* 74.

[§. 7. Pluralitas cenſetur repetita, in verbis mox in eadem periodo & complexu ſequentibus, *Radel. dec.* 92. *nu.* 10. *Bart. in l. hæred. mei, §. cum ita, num.* 5. *ff. ad Trebel. & ibid. Rip.*]

23. Plus ſi licet, quod eſt minus, licitum eſt, *l. non debet, ff. de reg. juris, auth. multo magis, C. de ſacroſanct. eccleſ. cap. cui licet* 53. *de reg. juris lib.* 6. *l. Marcellus, ff. de donat. cauſa mortis, Farin. in praxi crimin. p.* 4. *conſ.* 60. *num.* 109. *Thomas de Thomaſettis reg.* 85. Limita in diſpenſationibus, *Surd. deciſ.* 268. *num.* 20. *&* 21. *P. Sanch. de matrim. lib.* 8. *diſp.* 1. *num.* 32. *Cald. Pereira de nominat. emphyt. q.* 21. *nu.* 65. Et cui non licet, quod eſt minus, nec licere debet, quod eſt plus, ita *Ferrer. in conſtit. Cathalon. gloſ.* 4. *num.* 43.

24. Plus & minus non mutant ſubſtantiam rei, nec eam faciunt differre ſpecie, *l. fin. ff. de fundo inſtruct. & inſtrum. leg. l. legato generaliter, ff. de legat.* 1. *Mari. Antonin. vari. lib.* 3. *reſol.* 39. *num.* 4. *Ferrer. in conſtit. Cathalon. gloſ.* 8. *num.* 155. *Thomas de Thomaſettis reg.* 225. ubi dicit procedere, quando differunt accidentaliter, ſecus autem eſſe ſi differant eſſentialiter.

25. Plus eſt facto exprimere, quam verbo, *Sigiſmund.*

*Sigiſmund. Scaccias de appellat. q. 6. n.*41. Nam voluntas facto magis, quam verbis declaratur, ut dictum eſt infra *lit. U. num.* 68.

26. Plus juris nemo transferre poteſt in alium, quam ipſe in ſe habeat, vide ſupra *lit. N. num.* 16.

27. Poſſe videtur, qui facit quo minus poſſit, *l. ſi bona fide* 12. *ff. de noxa. act.* Et paria ſunt quem aliquid facere, vel per ſe non ſtare quominus fiat, *l. uter in fin. ff. de condit. inſtit.*

28. Poſſe quis non dicitur, quod contra jus poteſt, cum verba ſint intelligenda ſecundum jus, *l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati, l. nepos Proculo, ff. de verborum ſignific. cap. cauſam quæ, de reſcrip. cap. cum dilectus, de conſuetud. Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ.* 13. *num.* 34.

[Omnis actus legitimus perficitur ex voluntate & poteſtate, *cap. cum ſuper. de offic. deleg. l. ſi gener. C. de jure dot. & ibi Bald. in pr. Mant. de C. U. V.* 2. *c.* 14. *num.* 3.]

29. Poſſe non dicitur quis ea, quæ honeſtè non poteſt, *l. nepos Proculo, ff. de verbor. ſignific. Surd. conſ.* 203. *num.* 44.

30. Poſſeſſor olim, & hodie poſſeſſor præſumitur, *gloſ. Bart. & Doct. in l. ſive poßidetis, C. de probat. cap. cum eccleſia Sutrina de cauſa poſſeß. & propriet. cap. olim in* 3. *de reſtit. ſpoliatorum, Gratian. reg.* 375. *Anton. Gabr. commun. tit. de præſumpt. concl.* 10. *Alciat. de præſumpt.*

reg.

reg. 2. præſumpt. 21. Menoch. conſ. 21. num. 7. & de præſumpt. lib. 6. q. 62. & q. 64. num. 1. & de interdictis remed. 15. recuper. poſſeſſ nu. 386. Maſcard. de probat. concl. 540. & concl. 1195. nu. 45. & concluſ. 1321. nu. 5. Cov. in regul. poſſeſſor. 2. p. §. 1. in princip. & in cap. Rainutius §. 11. num. 2. Menchaq. quæſt. illuſtr. cap. 58. nu. 5. Flamin. de reſignat. tom. 2. lib. 13. q. 5. num. 115. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 310 num. 57. Nicol. Garc. de benefic. p. 6. cap. 3. nu. 75. Rota Romana apud Farin. deciſ. 419. nu. 1. tom. 1. p. 1. & deciſ. 634. nu. 6. tom. 2. p. 1. Cardin. Tuſch. tom. 6. lit. P. concluſ. 417. à princ. Intellige ſi allegetur, *Tiraq. de præſcrip. §. 1. glo. 5. verſ. imo, Gabr. d. concl. 10. nu. 13. Menoch. d. q. 64. à nu. 35. Maſcard. concl. 1201. à num. 36* Procedit non ſolum in ipſo poſſeſſore allegante poſſeſſionem de præſenti, ſed etiam in ſucceſſore univerſali, vel ſingulari, qui poteſt allegare poſſeſſionem defuncti, vel auctoris ſui, quem conſtat ſemel poſſediſſe, continuatam fuiſſe uſque ad mortem, *Alciat. d. præſumpt. 21. nu. 5. Gabr. d. concl. 10. num. 11. Maſcard. concl. 170. nu. 17. & d. concl. 1201. nu. 4. Menoch. d. q. 64. num. 17. Garc. d. cap. 3. nu. 76.* Amplia in eo, qui probat initium poſſeſſionis, ut præſumatur etiam hodie poſſeſſor, *Alciat. d. præſumpt. 21. à princip. Gom. l. 50. Tauri nu. 37. Rebuf. tract. de pacificis poſſeſſor. nu. 269, Flamin. de reſignat. lib. 3. q. 6. nu. 76.*

Amplia etiam in eo, qui probatur ſemel dominus, ut ſemper præſumatur retinuiſſe dominium etiam poſt mille annos, *Pichard. tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 340. *pag.* 510.

31. Poſſidentis melior eſt conditio, *l. ſi debitor, ff. de pignor. l. is qui deſtinavit, ff. de rei vend. l. fin. C. eod. tit. l. qui accuſare, C. de edendo, §. retinendæ verſ. commodum, inſtit. de interdictis cap. pro poſſeſſore* 36. *de reg. juris lib. ſexto, Tiraq. de jure primog. q.* 17. *opin.* 11. *num.* 20. *cum ſeq. Surd. conſ.* 73. *num.* 36. Etiam in pari cauſa per *tex. in l. apud Celſum, §. Marcellus, ff. de dol. mal. & met. except. l. ſi ſervum, §. ſequitur, ff. de verbor. oblig.* Et in pari delicto potior eſt pars poſſidentis, *l. cum par delictum, ff. de reg. juris cap. in pari eod. tit. in* 6. *Thomas de Thomaſettis reg.* 157. Et in pari cauſa turpitudinis potior eſt poſſidentis conditio, *cap. lator. de re judic.* Unde qui poſſidet dicitur beatus, ut ait *gloſ. verbo requirat, in cap.* 1. *de pace tenenda, & ejus violator.* in uſibus feudorum.

32. Poſteriora prioribus derogant, *l. pacta noviſſima, ubi latè exornat. Dec. C. de pact. l. ſi unus, §. pactus ne peteret, ff. eod. tit. l. ſed & poſteriores, ff. de legibus, l. cum in plures, §. locator horrei, ff. locati, l.* 1. *in fine, ff. de ſtipul. ſervorum, l. clari, ubi Bald. C. de fideicom. §. poſteriore inſtit. quibus mod. teſtam. infirm. ubi Pichard. num.* 11. *Barthol. Perett. ad extravag. ambitioſæ de rebus*

bus eccleſiæ, verbo prædeceſſorum, num. 6. Surd. deciſ. 195. *num.* 7. *& conſil.* 202. *num.* 1. *& conſ.* 359. *num.* 34. *Flamin. de reſignat. tom.* 1. *lib.* 3. *q.* 7. *numer.* 10. *Brunor. à Sole in locis commun. verbo ultima, Gam. Luſit. deciſ.* 50. *num.* 3. *Vitalis de Cambanis tract. clauſularum pag. mihi* 164. *num.* 7. *Cardin. Tuſch. tom.* 6. *lit. P. concluſ.* 451. *Seraphin. Rotæ Romanæ deciſ.* 1271. *num.* 1. ubi intelligit maximè, quando priorum mentio fit in poſterioribus, *Licent. Armendariz in proœm. addit. ad leges Regias Regni Navarræ numer.* 7. *Thomas de Thomaſettis reg.* 230. ubi intelligit in teſtamentis, & legibus, limitat tamen in ſententia, ampliationes adducit ad hanc reg. *Aloyſ. Ricci. in collec. deciſ. p.* 3. *collect.* 676. *per totum.*

33. Potentia in habitu idem operatur, quod potentia in actu, *Hyppol. conſ.* 18. *num.* 10. *& in l. ſi quis percuſſorem, num.* 2. *C. ad leg. Cornel. de ſicar.* Potentia propinqua actui actus eſt, ut dictum eſt ſupra *lit. A. num.* 14.

34. Potentia, quæ non reducitur ad actum, vana eſt, *l. hæ enim, §. ſi prætor, ff. de ſuſpect. tuto. l. multum intereſt, C. ſi quis alte. vel ſi. cap. paſtoralis, §. quoniam, ubi Dec. in* 2. *notab. de reſcriptis, Surd. conſ.* 375. *num.* 2. Actus, & potentia ſimul eſſe non poſſunt, *§. ſic itaque diſcretis, verſ. quia quod meum eſt, inſtit. de actio.* Et potentia impedit actum, *d. l. multum, C. ſi quis*

alte. vel ſibi. Et actus potentiam excludit, *l. ſi ita fuerit, verſ. non enim, ff. de manum. teſtamen.*

35. Præſcriptum tantum cenſetur, quantum poſſeſſum, *reg. ſine poſſeßione de reg. jur. in 6. Aufrer. in add. ad* Capel. *Tholoſ. q.* 323. *Pariſ. conſil.* 27. *numer.* 150. *vol.* 1. *& conſ.* 73. *num.* 13. *vol.* 4. *Put. deciſ.* 107. *p.* 1. ubi plura cumulat, *Maſcard. de probat. concl.* 14. *numer.* 23. *& concl.* 946. *num.* 8. *Capic. deciſ.* 209. *num.* 32. *ubi decl. quos adducit Mari. Anton. vari. lib.* 1. *reſol.* 70. *nu.* 20. quibus adde. *Honded. conſil.* 79. *num.* 47. *lib.* 1. *Boër. deciſ.* 58. *num.* 6. *Anton. Monach. Lucenſ. deciſ.* 14. *num.* 56. *Ioſeph. Aldrete in allegat. juris pro omnimoda regularium exempt. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 12.

36. Præſumptio cedit veritati, *l. nuptura filio, ff. de jure dot. l. fin. in princip. ff. quod met. cau. l. cum de indebito, ff. de probat. Surd. conſ.* 37. *nu.* 17. *& conſil.* 80. *nu.* 19. *& conſil.* 423. *num.* 12.

[§. 8. Præſumtio eſt adverſus eos qui nimis ſubtiliter dilationes quærunt, quod non neceſſitate, ſed moræ ſtudio hoc faciant, *c. nullus* 4. *de præſumt. ubi felin. num.* 1. *ait.* Qui de innocentia ſua confidit, non vadit per mendicata ſuffragia, ſed feſtinat ut veritas inquiratur, *per l. ſi fidejuſſor. §. quædam, ff. mandat. Gadd. in l.* 3. *num.* 22. *de V. S.*]

37. Præſumptio una tollit aliam, *l. Divus, ff. de in integr. reſtit. l. quidam teſtamento, ff. de vulg.*

Digitized by Google

vulg. & pupil. ſubſtit. l. 1. C. qui & adverſus quos, l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. cap. tuam, de ſponſal. cap. afferte de præſumpt. Hyppol. conſ. 8. num. 6. Menoch. de interdictis remed. 15. recuper. poſſeſſ. num. 353. & num. 387. & de arbitr. lib. 1. q. 76. num. 19. & conſ 343. num. 38. & de præſumpt. lib. 1. q. 30. Maſcard. de probat. concluſ. 405. num. 5. & concl. 882. num. 15. & concluſ. 1147. num. 27. & concluſ. 1224. & concluſ. 1377. nu. 73. cum ſeqq. Tiraquell. in l ſi unquam verbo donatione largitus num. 150. C. de revocandis donat. Surd. conſil. 361. num. 35. Valaſc. de partit. cap. 38. numer. 9. Farin. in praxi crimin. par. 3. q. 86. num. 102. cum ſeqq. & p. 4. conſ. 102. nu. 49. Luſit. Benedict. Ægid. in repetit. l. ex hoc jure, ff. de juſtit. & jure p. 1. cap. 11. num. 17. Et præſumptio fortior tollit debiliorem, *d. l. Divus, ff. de in integr. reſtit. l. non ſolum, ff. de ritu nupt. latè Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 30. num. 1. cum ſeq. & lib. 6. q. 64. num. 46.*

38. Præſumptio una cedit pluribus, *l. 3. §. 1. ff. de teſtib. l. cum de indebito in princip. ff. de probat. auth. itaque, C. commun. de ſucceſſion. Surd. conſil. 1. num. 60.*

39. A primordio tituli in poſterum formatur eventus, *l. 1. Cod. de liber. præterit. l. unic. verſ. nulla, & ibi gloſ. in verbo primordium, C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10. Surd. conſ. 32. nu. 12. & conſ. 459. n. 14. Ferrer. in conſtit. Cathalon.*

gloſ. 1. *num.* 231. *Rota Romana apud Farin. deciſ.* 456. *num.* 9. *tom.* 1. *part.* 1.

40. Principium cujuſque rei eſt ſpectandum, *l. Pomponius, ff. de negot. geſt. l. ſi procuratorem, ff. mand. l. nam origo, ff. quod vi, aut clam, l. qui id quod, in princip. ff. de donat. l. ſi tamen, ff. ad Maced. l. ſi filius fam.* C. *eod. tit. l. uni.* C. *de impon. lucrat. deſcript. lib.* 10. *Tiraq. in l. ſi unquam verbo donatione largitus, num.* 257. C. *de revocandis donat. Surd. de alim. tit.* 7. *q.* 34. *&* *deciſ.* 102. *numer.* 10. *& deciſ.* 297. *numer.* 12. *Flamin. de reſignat. tom.* 1. *lib.* 1. *q.* 11. *num.* 7. *&* 8. *Avend junior ad l.* 44. *Tauri gloſ.* 15. *num.* 5. *D. Barb. in l. poſt dotem, num.* 75. *ff. ſolut. matrim. Cald. Pereira de poteſt. eligendi cap.* 10. *num.* 41. *& quæſt. forenſ. conſ.* 8. *numer.* 19. *& conſ.* 43. *num.* 30 *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 202. *num.* 15. *cum ſeq. Cardin. Tuſch. tom.* 6. *lit.* P. *concl.* 703. Hinc rectè dicit *text. in cap, principatus* 1. *q.* 1. quod vix bono peraguntur exitu, quæ malo ſunt inchoata principio, notat *Mol. de primog. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 8. Item eleganter aſſerit *tex. in l.* 1. *ff. de orig. jur.* quod cujuſque rei potentiſſima pars principium eſt, & ubi *gloſ.* rectè adducit illum verſum Horatii,

Dimidium facti, qui bene cæpit habet.

Propterea Chriſtum rebus cunctis principium dicimus, *cap. cum Paulus* 1. *q.* 1.

41. Prin-

41. Principium, & initium à Deo eſt *cap. in nomine Domini* 23. *diſt. auth. de hæred. & falcid. in princip. Card. Tuſch. tom.* 6. *lit. P. concl.* 705. *Steph. Grat. Marchiæ deciſ.* 1. *per totam Nicol. Mozzi. de contractib. tit. quomodo contractus deficiat. à numer.* 27. *cum ſeqq. Fr. Paulin. Berti Lucenſ. in praxi crimin. regular. tit.* 4. *in princip. num.* 6. *Cald. Pereira de empt. cap.* 1. *num.* 1. *& num.* 14.

42. Principium eſt de eſſentia principiati, *Card. Tuſch. tom.* 6. *lit. P. concl.* 702. Quod juris eſt de aliquo, idem eſt de ejus principio, *l. non ideo minus* C. *de hæred. inſtit.*

43. Prior qui eſt tempore, potior eſt jure, *l. qui balneum in princip. l. potior in princip. ff. qui potiores in pign. hab. l. ſi fundum* C. *eod. tit. l. diſtractis cum ſeqq.* C. *de pignor. cap. qui prior* 54. *de reg. juris lib. ſexto, l.* 27. *&* 29. *tit.* 13. *part.* 5. *Duenh. reg.* 198. *Maſcard. de probat. concl.* 1228. *Cot. in memorab. verbo creditor* 7. *Cæpol. cautela* 122. *&* 124. *Neguz. de pignor. p.* 5. *princ. memb.* 2. *num.* 11. *& numer.* 39. *Barthol. Perett. ad extravag. ambitioſæ de rebus eccleſiæ verbo datum numer.* 16. *Balb. in tract. de pignor. cap.* 19. *Ioſeph. Ludov. Peruſ. deciſ.* 45. *num.* 7. *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 94. *nu.* 15. *& deciſ.* 255. *num.* 1. *Matienſ. l.* 7. *gloſ.* 5. *num.* 3. *tit.* 16. *lib.* 5. *novæ recopil. Gomez de Leon in cent. cap.* 85. *&* 86. *Rebuſ. tom.* 2. *ad leges Galliæ, tit. de conſtitut.*

Digitized by Google

reditum gloſ. 8. *Felician. tom.* 1. *de cenſibus lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 12. *Caſſan. in catal. gloria mundi p.* 12. *conſid.* 99. *Flor. vari. q.* 6. *art.* 3. *num.*24. *Cardin. Tuſch. tom.*6. *lit. P. concl.*465. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel.* §. 3. *proæm. num.* 22. *Valaſc. conſil.*129. *num.*2. *Cardin. Mantic. de tacitis, & ambiguis convent. lib.*11. *tit.*22. *num.*1. *Cardoſ. in praxi judicum, & advocat. verbo jus nu.* 15. *& verbo pignus num.* 26. *Mari. Antonin. vari. lib.* 1. *reſol.* 81. *num.* 7. *& lib.*2. *reſol.* 50. *num.* 32. *Vitalis de Cambanis tract. clauſularum pag. mihi* 37. *num.* 14. *Bertazol. tract. clauſularum inſtrum. clauſula* 1. *gloſ.* 5. *num.* 42. *Garc. Girond. de privilegiorum ſeu exemptionum explicat. num.* 357. *Card. Seraphin. Rotæ Romanæ deciſ.* 187. *num.*1. Principium hoc verum eſt tam in agendo, quam in excipiendo, & replicando, *l. creditor qui prior la.* 2. *in princ. ff. qui potiores in pign. Ripa in l. privilegia num.* 18. *ampl.*13. *ff. de privileg. cred. Neguz. ubi ſupra ampl.* 2. *nu.*2. *Girond. num.*358. *d. loco*, Limita in legibus, teſtamentis, & hujuſmodi, ita *Thomas de Thomaſettis reg.*250. Amplia, & limita hanc regulam pluribus aliis modis cum *Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. p.* 3. *collec.* 473.

44. Prior nominatio majorem dignitatem arguit, *Tiraq. de jure primog. q.* 19. *num.* 2. Et prior deſcriptus dicitur dignior, & præcedere debet, *l.* 1. *ff. de albo ſcriben. Peregr. conſ.* 3. *num.* 60.

Digitized by Google

num. 60. *Pariſ. conſ.* 38. *num.* 1. *vol.* 4. quos cum aliis refert *Mari. Antonin. vari. lib.* 1. *reſol.* 81. *num.* 1. Et prior in dignitate eſt prior in honore, *l. qui balneum, ff. qui potiores in pignore habeantur Barthol. Perett. ad extravag. ambitioſæ de rebus eccleſiæ non alien. verbo datum Romæ nu.* 21. Et prior nominatus cenſetur magis dilectus, *l. ſi communis ſervus* 2. *ff. de ſtipulat. ſervo. cap. ſi quis de elect. in* 6. *Thomas de Thomaſettis regul.* 235. cui adde *Cardin. Mantic. de conject. ult. vol. lib.* 6. *tit.* 11. *num.* 13. *& lib.* 8. *tit.* 4. *num.* 12. *& tit.* 9. *num.* 7. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 16. *num.* 3. *cum ſeq. junctis ſupra notatis lit.* O. *num.* 15.

[Ex ordine verborum deſignatur ordo intellectus & inducitur Prælatio in his quæ non poſſunt applicari, niſi uni ex nominatis, & declaratur ordo charitatis, *Bald. in l.* 1. *C. de edict. D. Had. tol. Everb. in loc. ab ordin. num.* 7. *in princ. Barboz. axiom.* 172. *num.* 1. 2. *& loc.* 80. *vid. ſup.* O. *num.* 17. 18. 19.]

45. Privatio præſupponit habitum, *l. decem* 117. *ff. de verb. oblig. l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re jud. l. nec utilem* 20. *ff. ex quib. cau. major. l. Titio uſusfructus, ff. de condit. & demonſtr. l. remittit ff. de jurejur. l. manumiſſiones, ff. de juſtit. & jure l. non poteſt videri, ff. de regul. juris* §. *ſervus inſt. de capitis diminut. cap. ad diſſolvendum de deſponſat. impuber. Curſus Conimbri-*

 cenſis

cenſis in comment. ad Logicam tit. de oppoſitis cap. 10. *q. uni. art.* 5. *Everard. in topic. legal. loco* 60. *Surd. de alim. tit.* 6. *q.* 23. *& conſ.* 52. *num.* 57. *& conſ.* 73. *num.* 76. *& conſ.* 160. *num.* 38. *& conſ.* 305. *num.* 64. *Pichard. ad d.* §. *ſervus num.* 2. *Mari Antonin. vari. lib.* 2. *reſol.* 59. *caſu* 15. *Vitalis de Cambanis tract. clauſularum pag. mihi* 224. *num.* 12. *Bertazol. in repetit. l. ſi quis major* C. *de tranſact. num.* 571. *Cald. Pereira quæſt. forenſ. conſ.* 16. *numer.* 3. *Ioan. Monet. tract. de decimis cap.* 9. *q.* 2. *num.* 18. *Anton. Monach. Bonon. deciſ.* 30. *numer.* 5. *Cardin. Tuſch. tom.* 6. *lit.* P. *concl.* 715. A privatione ad habitum non eſt regreſſus, *l. qui res,* §. *aream, ff. de ſolutio. l. poſt diem, ff. de commiſſo.*

46. Privilegiatus contra pariter privilegiatum non utitur privilegio ſuo, probatur ex *tex. in l. ſed & milites in principio, ff. de excuſat. tutor. l. aßiduis verſ. in duabus* C. *qui potiores in pign. hab. l. ſcire uni ubi gloſ. verbo ad hæredem* C. *de privileg. dotis, reſolvunt Doct. in auth. quas actiones* C. *de ſacroſanct. eccleſ. Surd. de alim. tit.* 8. *privil.* 18. *numer.* 5. *&* 7. *& privil.* 61. *num.* 11. *Cov. in reg. poſſeſſor.* 2. *p.* §. 2. *num.* 4. *& pract. cap.* 7. *num.* 4. *Peregr. de fideicom. art.* 3. *num.* 70. *Azev. l.* 10. *tit.* 3. *num.* 15. 17. *&* 18. *lib.* 5. *novæ recopil. Maurit. de reſtit. in integr. cap.* 218. *Sfor. eod. tract. q.* 18. *art.* 4. *num.* 31. *& art.* 5. *Curi. Philip. p.* 2. §. 17. *num.* 32. *Coſt.*

in

Digitized by Google

in cap. ſi pater, verbo ſi abſque liberis num. 2. *de teſtam. lib.* 6. *Cald. Pereira in l. ſi curatorem, verbo læſis num.* 169. *C. de integr. reſtit. minor. Alexand. Trentacinq. vari. reſolut. lib.* 1. *tit. de reſcriptis reſol.* 1. *Ceval. commun. contra commun. q.* 756. *num.* 45. *& q.* 822. *num.* 46. *Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ.* 196. *numer.* 18. *&* 19. *Cardin. Mantic. de conjecturis ultimarum voluntatum lib.* 6. *tit.* 2. *num.* 11. *& de tacitis, & ambiguis convent. lib.* 11. *tit.* 26. *numer.* 6. *Caſtil. quotid. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 27. *D. Barb. in l.* 2. §. *legatis nu.* 252. *ff. de judiciis Cardoſ. in praxi judicum, & advocat. verbo privilegium num.* 46. *Card. Tuſch. tom.* 5. *lit. P. concl.* 760. *Mari. Anton. var. lib.* 2. *reſol.* 8. *numer.* 58. Ex quorum mente colligitur principium hoc procedere ubi utrunque privilegium æquale eſt, & æque favorabile, & inſuper concurrit in actu, & exercitio, juxta terminos, *d. l. aſſiduis verſ. in duabus*. Non ita tamen regula hæc erit admittenda, ſi alterum privilegium fortius ſit, ut in terminis *d. l. ſed & milites ibi fortior*: vel ſi alterum favorabiliorem cauſam habeat, quia agit de damno vitando juxta *tex. in l. ult. ff. ex quib: cau. major. l. verum, §. ult. verſ. proinde ff. de minor. ex Bald. in l.* 5. *num.* 5. *C. de repud. hæred. Sfort. q.* 4. *art.* 4. *& q.* 18. *art.* 5. *d. loco, notat Mari. Antonin. d. reſol.* 8. *num.* 59. ubi *num.* 60. aſſerit quod magis favendum eſt ei, qui tractat

de

de damno; vel ſi alterum in genere, aliud in ſpecie, ſeu exercitio concurrat, ut in terminis *cap. auditis de in integrum reſtitut.*

47. Privilegium perſonale perſonam ſequitur, & cum ea extinguitur, *cap. privilegium, & ibi doct. & late Peck. num. 7. 8. &c. de regul. juris lib. ſexto, l. 68. l. 196. ff. eod. Tiraq. de retract. lig. §. 26. gloſ. 1. num. 60. & de jure primog. q. 37. num. 1. Menoch. conſ. 136. num. 2. & conſ. 1007. à num. 95. vol. 11. & de præſumpt. lib. 3. q. 103. num. 45. Xuar. in l. quoniam in prioribus ſuper leg. regni limit. 11. dub. 1. num. 1. D. Barb. in l. quia tale per totam, ff. ſolut. matrim. Cardin. Tuſch. tom. 6. lit. P. concl. 746. P. Azor. inſtit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 22. q. 6. P. Suar. de legibus lib. 8. cap. 10. & 11. P. Ioan. de Salas eod. tract. diſp. 17. ſect. 6. & 8. Cardoſ. in praxi judicum & advocat. verbo privilegium num. 4. Mari. Antonin. vari. lib. 1. reſol. 109. num. 6.* Unde autem cognoſci poſſit an privilegium ſit reale, vel perſonale? conſule *Donel. lib. 21. comment. juris civilis cap. 14. à princip. Tiraq d. tract. de jure primog. q. 59. numer. 1. P. Suar. d. lib. 8. cap. 3. numer. 6.* Et unde poſſit colligi perſonæ, an vero magis cauſæ privilegium conceſſum videatur? explicat *Suar. d. cap. 3. num. 10.* Et in dubio privilegium præſumitur perſonale, *Cabed. Luſit. deciſ. 93. num. 4. p. 2. Mari. Anton. d. reſol. 109. num. 7.*

[§. 9. Per-

Digitized by Google

[§. 9. Perſonale præſumitur, quando nominatim perſonæ exprimuntur propriis nominibus, vel communiter in qualitatis deſignatione, *Peck. ad c. privilegium* 7. *numer.* 4. *de R. I.*]

[§. 10. Privilegium vero & gratia non extinguitur morte concedentis, *Aug. Barboz. ad l.* 2. *nu.* 2. *in fin. C. de diverſ. reſcript. Garſ. Maſtrill. ad indult. generale, c.* 2. *num.* 21. *in fin. Peregr. de jur. fiſc. lib.* 5. *c.* 2. *num.* 13.]

48. Probare oportet, nec ſufficit dicere, *gloſ. recepta verbo dicatur in l.* 1. *in princ. ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, cap. dilecti de excep. Iaſ. in l. ſi prius numer.* 97. *ff. de novi oper. nunciat. Felin. in cap. cum dilectus num.* 6. *de accuſat. Pariſ. conſ.* 115. *num.* 5. *vol.* 1. *Menoch. de interdictis remed.* 2. *recuper. poſſeß. num.* 178. *& remed.* 15. *num.* 403.

49. Probatio debet eſſe concludens, & ita debet de neceſſitate concludere, & non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, *l. non hoc C. unde legitimi, l. neque natales C. de probat. cap. in præſentia eod. tit. cap. recepimus de privileg. cap. inter corporalia, §. cum quis de tranſlat. Epiſcopi, Aldovin. conſ.* 44. *nu.* 6. *& conſ.* 51. *nu.* 18. *Surd. conſ.* 5. *num.* 46. *Brunor. à Sole in locis commun. verbo probatio* 10. *Maſcard. de probat. concl.* 671. *num.* 11. *Cardin. Tuſch. tom.* 6. *lit. P. concl.* 765. *Morl. in emporio juris p.* 1. *tit.* 11. *in prælud. num.*

num.53. Trentaſinq. vari. lib.1. tit. de ſervitutibus reſol. 1. ſub. num. 19. §. hæc prima declaratio, Galganet. de condition. p. 2. cap. 1. q. 92. num. 5. Cæſar Argel. de contradictore legitimo q. 15. num. 107. Mari. Antonin. vari. lib. 1. reſol. 46. num. 6. Rota Romana apud Farin. deciſ. 127. nu. 7. tom. 1. p. 1. [Evidens quid eſt quod etiam conjecturis colligitur, *l. 17. §.1. & ibi Goth. ff. de leg. 1. & l. 74. eod. l. 30. in fi. ff. de vulg. & pup. ſubit.*] Et probatio dubia, incerta, & non concludens non revelat probantem, *d. l. neque natales, & d. l. non hoc, & d. cap. in præſentia,* Hipol. *conſ. 20. num. 8. Maſcard. concl. 1363. nu. 6. Surd. deciſ. 75. num. 17. & deciſ. 288. nu. 45. & conſ. 5. num. 45. cum ſeqq. & conſ. 24. nu. 16. D. Barb. in l. ſi quis intentione num. 38. cum ſeqq. ff. de judiciis. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 144. num. 21. cum ſeqq. Cardin. Seraphin, Rota Romana deciſ. 1103. num. 2. Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori eccleſ. reſolu. 586. num. 6. in 2. edit. Farin. de oppoſ. contra dicta teſtium q. 68. numer. 1. cum ſeq. Mari. Anton. d. lib. 1. reſolut. 106. num. 9. & reſol. 110. num. 6. & lib. 3. reſol. 36. num. 5. Rota Romana apud eund. Farin. deciſ. 149. num. 2. tom. 1. p. 1.*

50. Probatio dubia, & incerta contra producentem eſt interpretanda, *Cardin. Seraphin. Rota Romana deciſ. 469. nu. 5. Rebuſ. tract. de reprobat. teſtium num. 9. Rota Romana apud Farin. deciſ. 854. num. 1. in noviſſim.*

51. Pro-

51. Probatio probationem non excludit, *Card. Seraphin. Rotæ Romanæ deciſ.* 575. *num.* 5. Probatio tamen fortior tollit debiliorem, *l. pen. ff. de reſtit. in integ. Maſcard. de probat. concl.* 225. *num.* 15. *vol.* 1.

52. Probatio ſpecialis ſemper prævalet generali, *Innocent. num.* 4. *in cap. auditis de præſcript. Hipol. in pract.* §. *diligenter num.* 198. & *in l. de minore*, §. *plurium num.* 100. *ff. de quæſt. Farin. in praxi crimin. p.* 2. *q.* 65. *numer.* 170. *Card. Seraphin. Rotæ Romanæ deciſ.* 818. *num.* 5.

53. Probatio incumbit aſſerenti, vide ſupra *lit. A. num.* 98.

54. Probatio per teſtes habet eandem vim, quam per inſtrumentum, *l. in exercendis C. de fide inſtrument. cap. cum Ioannes eod. tit. Cardin. Tuſch. tom.* 6. *lit. P. concl.* 771. *Soar. de Paz. in praxi tom.* 1. *p.* 1. *temp.* 8. *num.* 7. *Maſcard. de probat. in proæm. q.* 6. & *concl.* 1095. *num.* 3. *Morla in emporio juris p.* 1. *tit.* 11. *in prælud. num.* 4. *Cardoſ. in praxi judicum verbo inſtrumentum* 11. & *verbo probatio* 7.

55. Probatum ſemel, non reprobatur *Vitalis de Cambanis tract. clauſularum num.* 16. *pag. mihi* 248. cum aliis ſupra citatis *lit. A. num.* 93.

56. Proæmialia inducunt cauſam finalem, *l. fin. ff. de hæredib. inſtitut. l.* 1. *ff. ad Macedon. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proæm. num.* 122. *Ferrer. in conſtitut. Cathalon. gloſ.* 1. *num.* 135. &

Digitized by Google

& gloſ.8. num.146. Cardin. Tuſch. tom. 6. lit. P. concl. 892. *Pichard. ad §. poſteriore num.* 17. *inſtit. quib. mod. teſtam. infirm. ubi ultra alios citat Mol. de primog. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. *latè Tiraq. tract. ceſſante cauſa num.* 64. *Rota Romana apud Farin. deciſ.* 185. *num.*4. *in fin. & num.* 5. *&* 6. *tom.*1. *p.*1. *& deciſ.*491. *num.*5. *tom.*2. *parte* 1. Et ex proæmiali cauſa colligitur mens, & intentio diſponentis, *l. item quia §. fin. ff. de pact. l. cum hi in prin. ff. de tranſact. Mari. Antonin. vari. lib.* 2. *reſol.* 43. *num.* 3. *& lib.* 3. *reſol.* 1. *num.* 59. *& reſol.* 15. *num.* 8. *Maſcard. de probat. concl.* 1284. *num.* 6. *Guter. pract. lib.* 1. *q.* 89. *à num.* 3. Et proæmium declarat deciſionem, *l. ult. ff. de hæred. inſtit. l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de legat.* 2. *Mari. Antonin. d. reſol.* 15. *num.* 8. *Mol. de primog. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 7. *Armendariz. in proœmio addit. ad recopil. legum Navarræ num.* 107. Hinc dicimus quod ſicut corpus ab anima ita diſpoſitio à proæmiali ratione regulatur ex *Iaſ. in l. qui quadringenta col.* 2. *ff. ad Trebel.*

57. Prohibentis melior eſt conditio in pari cauſa, *Cardin. Tuſch. tom.*6. *lit. P. concl.*893. Et in re communi potior eſt conditio prohibentis, notatum eſt ſupra *lit. C. num.* 29.

58. Prohibere non potes quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, *l.* 2. *§. idem ajunt, & §. denique in* 1. *ff. de aqua plu. arçen. gloſ. in l. in ſumma*

ſumma §. item Labeo ff. eod. l. ſi cui ff. de ſervit. l. reſcripta C. de preci. impe. offe. l. in creditore ff. de evic. Doct. in l. 2. in princip. ff. ſolut. matrimon. Menoch. conſil. 14. numer. 8. & conſil. 51. num. 45. & conſ. 21. num. 8. & de arbitr. lib. 2. caſu 168. numer. 13. & caſu 237. numer. 19. & de interdictis remed. 6. retinendæ poſſeſſ. nu. 114. cum ſeqq. Gom. vari. tom. 2. cap. 2. nu. 17. Surd. deciſ. 120. num. 12. & deciſ. 236. nu. 12. Cov. vari. lib. 3. cap. 14. num. 8. verſ. item. & pract. c. 37. num. 2. & nu. 3. col. 3. D. Barb. in d. l. 2. in princip. 2. nu. 34. cum ſeqq. ff. ſolut. matrim. Thomas de Thomaſettis reg. 268. ubi intelligit procedere, niſi tractetur de præjudicio tertii, vel de publico bono, vel de animæ ſalute [*& v. Radel. dec. 9. nu. 2. 3.*]

59. Prohibita omnia intelliguntur, quæ non inveniuntur in jure conceſſa *cap. Paſtoralis 53. de appellat. cap. inter corporalia de tranſlat. prælati.* Et prohibitum cenſetur, quod non invenitur permiſſum *l. Gallus §. ille caſus, ubi notat Alexand. num. 9. ff. de lib. & poſthum. ita colligitur ex adductis per D. Barb. in l. cum prætor §. 1. nu. 95. ff. de judiciis.*

60. Prohibita quæ non inveniuntur, per legem permiſſa cenſentur *l. nec non 28. poſt princip. ibi, ſed ſi lex non prohibeat, & §. quod eis cum gloſ. in verbo prohibeant ff. ex quib. cauſ. major. l. 1. ff. de teſtibus l. mutus §. quæritur ff. de pro-*

curator. l. ab ea parte ff. de probat. l. ſtatuas C. de religioſ. & ſumpt. funer. cap. omnes, & ibi gloſ. 3. diſt. cap. 1. de tranſlat. prælati, ubi gloſ. verbo non invenitur cap. nuper 29. verſ. in ſecundo, cap. cum illorum 32. verſ. 1. de ſentent. excomm. Alciat. reſp. 8. num. 18. Franciſc. Burſat. conſ. 110. num. 27. lib. 1. Burg. de Paz. conſ. 8. num. 3. Bertazol. tract. clauſularum inſtrum. clauſula 2. gloſ. 1. numer. 5. Brunor. à Sole in locis commun. verbo prohibitio 1. Bovad. in ſua politic. lib. 3. c. 4. num. 44. D. Barb. in l. cum prætor, §. 1. num. 95. ff. de jud. Mari. Anton. vari. lib. 1. reſol. 41. nu. 6. Et in dubio facienda eſt interpretatio, ut actus cenſeatur permiſſus, quando non reperitur prohibitus, *Anchar. conſ. 344. Aym. conſ. 203. num. 2. lib. 1. Menoch. de præſump. lib. 6. q. 16. num. 2. Maſcard. de probat. lib. 3. concl. 1237. num. 2. Ceval. commun. contra commun. q. 227.*

61. Prohibito uno, cenſentur omnia prohibita, per quæ ad illud pervenitur, *l. oratio ff. de ſponſal. l. pupillus, §. ſed ſi per interpoſitam, ff. de auctorit. tutor. l. eos in fine C. de uſuris, l. legem in fine C. de natural. liber. l. fin. Cod. de reb. alien. non alien. cap. præterea de officio delegati cap. cum quid prohibetur 39. de regul. juris lib. ſexto, Maſcard. de probat. concl. 102. per totam* ubi agit de intellectu hujus principii, *Surd. conſ. 301. num. 74. Franciſc. Galet. in margarita caſuum conſcient. verbo prohibere. Vitalis de Cambanis tract.*

tract. clauſularum pag. mihi 293. *num.* 22. *Ioan. Franciſc. Leo in theſauro fori eccleſ. p.* 1. *cap.* 15. *num.* 20. Procedit tantum in his, per quæ neceſſario pervenitur ad rem prohibitam: non vero in illis, per quæ ad illam perveniri poteſt contingenter aut poſſibiliter, juxta tradita per *Bart. in l. ambitioſa num.* 22. *ff. de decretis ab ordine faciendis, & in l.* 2. *ad fin. ff. de juriſ. omn. Jud.* receptum communiter ut *ex Purpur. refert, & ſequitur D. Barb. in l.* 1. *p.* 3. *num.* 57. *ff. ſoluto matrim.* accedunt tradita per *Tiraq. de jure conſtit.* 3. *p. limit.* 7. *num.* 24. *Gom. l.* 45. *Tauri nu.* 29. *ante fin. Cardoſ. in praxi judicum, & advocat. verbo alienatio num.* 15.

[§. 11. Prohibere qui debet alium facientem, id ipſe facere non poteſt, *l. altius* 8. *C. de ſervit. & aqua. Surd. dec.* 177. *num.* 81.]

62. Prohibitum una via, non cenſetur alia permiſſum, *l. quod dictum, ff. de pact. l. cum hi, §. ſi cum iis, ff. de tranſact. l. athletas, §. ait prætor. ff. de infamib. l. ſi quis, §. minor, ff. qui, & à quibus, l. illud, ff. ad legem Aquil. cap. cum quid una via* 84. *de regul. juris lib. ſexto, Surd. conſ.* 301. *num.* 75. *D. Barbo. in l. cum prætor, §. ult. num.* 235. *ff. de judiciis.*

63. Prohibitum directo, non poteſt fieri per indirectum, *l. Seius, & Augerius ubi Bart. ff. ad l. Falcid. l. ſcire oportet, §. ſi mater, ff. de tutor. & curator. dat. ab his, cap. cum quid, ubi Dyn.*

Digitized by Google

de reg. jur. in 6. Menoch. de præſumpt. lib. 4. q. 189. num. 8. Surd. deciſ. 21. nu. 4. Ioan. Maria Bellet. diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de exemptionibus clericorum, & eorundem bonorum à muneribus publicis §. 7. num. 6. pag. 366.

64. Prohibitum ad tempus, poſt tempus videtur eſſe permiſſum *l. imperator 8. ubi Bald. ff. de poſtulan. l. ſi unus §. 1. ff. de pact. l. epiſtola, §. fin. ff. eod. l. pater filium §. fundum, ff. de legat. 3. Tiraq. de retract. convent. §. 1. gloſ. 2. nu. 46. Surd. deciſ. 75. nu. 1. & conſ. 294. nu. 6. & conſ. 247. nu. 18. Brunor. à Sole in locis commun. verbo prohibitio 16. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 65. num. 8. D. Barb. in l. cum prætor in princip. nu. 45. ff. de judiciis.*

65. Prohibitum poſt tempus, cenſetur permiſſum ad tempus vide ſupra hac *lit. nu.* 18.

66. Prohibitum in loco, extra illum cenſetur permiſſum ut per *Ioan. Garſ. de nobilit. gloſ.* 1. *num.* 31.

67. Prohibitum uni, aliis cenſetur conceſſum *l. qui accuſare ff. de accuſat. l. cum prætor, ubi Doct. Barb. in princip. nu. 36. ff. de judiciis, cap. non ne de præſumpt. Ugolin. de offic. & poteſt Epiſcopi cap. 14. §. 9. in princip.*

68. Propter quod unumquodque tale, & illud magis, *l. cum aurum 19. §. perveniamus, verſ. ſemper ff. de auro, & arg. leg. auth. multo magis, C. de ſacroſ. eccleſ. l. quanto magis, C. de jurejur.*

jurejur. Ariſto. 2. Metaphyſ. Flamin. de reſignat. tom. 1. lib. 5. q. 4. nu. 4. cum ſeqq.

69. Puniendus quis eſt in eo, quo deliquit, *l. qui crimen, C. qui accuſ. non poſ. cap. poſtulaſti, de clerico excom. Barthol. Peret. ad extravag. ambitioſæ, de rebus eccleſiæ non alien. verbo illis exceptis num.* 8.

70. Proteſtatio contraria facto non ſuffragatur, *l. cum in plures, §. locator, ff. locati, cap. gratum, de offic. deleg. Surd. conſ.* 371. *num.* 67. *vol.* 3. *& deciſ.* 70. *nu.* 8. *& deciſ.* 246. *num.* 4. *Campanili in diverſorio juris canon. rub.* 11. *cap.* 13. *nu.* 185. *Mari. Antonin. vari.* 1. *reſol.* 55. *nu.* 9. Non eſt autem proteſtatio facto contraria, ſed dicitur compatibilis, & relevans, cum verſamur in facto dependente à voluntate, & facto proteſtantis, ut per *Bart. in l. non ſolum §. morte num.* 17. *ff. de nov. oper. nunciat.* [*v. Oſterm. diſſ. Colon. p.* 1. *diſp.* 12. *th.* 70.]

[§. 12. Proteſtatio noſtra jus quod certum eſt mutare, vimque & effectum ejus infringere & impedire nequit *Sande.* 4. 4. *def.* 9. *Bart. & Dd. in l. alimenta C. de Neg: geſt.*]

[§. 13. Proteſtatione non acquiritur, ſed retinetur & defenditur poſſeſſio *Bull. conſ.* 8. *numer.* 79.

Q.

1. QUalitas ſtare non poteſt ſine ſubjecto, *l.* 4. §. *fin. ff. de actio. empt. l. fin. ff. de collat. bono. l. nullam*, §. *ſi abſentis, ubi Angel. ff. de petit. hæredit. l.* Pomponius, §. *fin. ubi Aretin. in princip. ff. de acquirenda poſſeſſ.* §. *ideo autem, inſtit. de ſervit. ruſtic. præd. princ. inſtitut. de uſufr. Gom. l.* 17. *Tauri num.* 19. *verſ. primo, Surd. conſ.* 34. *num.* 13. *& conſ.* 150. *numer.* 80. *& conſ.* 236. *num.* 15. *& conſ.* 246. *num.* 6. *& conſ.* 304. *num.* 1. *& conſ.* 305. *num.* 76. junctis, quæ ſupra notavi *lit.* N. *num.* 24.

2. Qualitas facilius datur, quam ſubſtantia, *Menoch. conſ.* 93 *numer.* 15. *Surd. deciſ.* 222. *num.* 71. cum aliis, quos refert *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 306. *num.* 34. Et qualitas facilius præſumitur, quam ſubſtantia, ut per *Surd. de alim. tit.* 8. *privil.* 56. *num.* 96. *&* 97. *& conſ.* 322. *num.* 71.

3. Qualitas nova adveniens enti [vel contractui] reponit illud in diverſam naturam, & ſpeciem, §. *præterea inſtit. de inutil. ſtipulat. cap. cum Marthæ*, §. *quæſiviſti de celebrat. miſſarum cap. ſtatutum, de elect. lib.* 6. *Hyppol. ſing.* 520. *qualitas*, *Menoch. conſ.* 35. *num.* 13. *& de interdict.*

interdict. remed. 6. recuper. poſſeſſ. num. 8. *Surd. deciſ.* 2. [*& dec.* 70. *num.* 3. 15.] *& conſil.* 321. *num.* 12. *cum ſeq.* Et qualitas adveniens enti non mutat ſubſtantiam, ſed naturam, *Brun. de augmento in* 3. *quæſt. princip. numer.* 7. *Cardin. Tuſch.* 1. *lit. A. concluſ.* 82. *num.* 12. Mutatione enim qualitatis rei ſubſtantia non mutatur, *l. ſi fundus*, §. *ſi res, ff. de pigno.* §. *minus, inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. deſe.*

[§. 1. Qualitas rei quæ ab initio, ſi extitiſſet, prohibuiſſet naſci obligationem, ea ſuperveniens extinguit natam, ſi modo citra moram aut culpam promiſſoris evenit, *l.* 83. §. 5. *de V. O.* §. 3. *inſt. de inutil. ſtip. & ibi Tulden. c.* 4.]

4. Qualitas adjuncta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi, *l. in delictis*, §. *ſi extraneus, ff. de noxal. act. l.* 1. §. *tutoris, ff. quod juſſu, l. Titius, ubi Bart. ff. de teſtament. milit. cap. ſi eo tempore, de reſcript. in* 6. *cum aliis, de quibus per Mohed. deciſ.* 23. *num.* 1. *de præben. Menoch. conſ.* 107. *num.* 22. *& de interdictis remed.* 16. *recuper. poſſeſſ. numer.* 23. *Surd. de alim. tit.* 9. *q.* 13. *numer.* 5. *& conſ.* 335. *num* 20. *& conſ.* 375. *nu.* 37. *& conſ.* 455. *nu.* 5. *Vitalis de Cambanis tract. clauſularum pag. mihi* 263. *num.* 27. *Avend. ad l.* 44. *Tauri, gloſ.* 15. *num.* 2. *Flamin. de reſignat. tom.* 1. *lib.* 1. *q.* 11. *num.* 10. *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancel gloſ.* 43. *num.* 143. *Brunor. à Sole in locis commun. verbo qualitas num.* 23.

Cardin Tuſch. tom. 6. lit. Q. concl. 9. Trentacinq. vari. lib. 1. tit. de legitima reſol. 2. num. 7. §. ſecundo qualitas, Garc. Girond. de privilegiorum, ſeu exemptionum explicat. num. 290. Ioan. Petr. Moneta tract. de diſtribut. quotidianis p. 1. q. 9. num. 38. Aloyſ. Ricci. in praxi rerum fori eccleſ. reſolut. 268. num. 2. in 2. edit. Pichard. ad §. proximus nu. 2. inſtit. de leg. agn. ſucceſſ. Franciſc. Galet. in margarita caſuum conſcientiæ verbo qualitas, Ut principium hoc verificetur, debet intervenire qualitas tempore verbi actu, & non habitu ſolum, *Rota Romana apud Farinac. deciſ. 496. num. 2. tom. 2. p. 1.* [*v. & Sande. 4. 5. def. 9.*]

5. Qualitas diſpoſitionis ubi deficit, deficit ipſa diſpoſitio, *gloſ. in l. mancipia, verbo avocandum, C. de ſervis fugitivis, Fulvi. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 14. nu. 8. Camill. Gallin. lib. 4. de verbor. ſignific. cap. 9. nu. 9. Menoch. de præſumpt. lib. 6. q. 15. nu. 47. Mari. Anton. vari. lib. 1. reſol. 82. num. 1.* [& in qualitate ſuccumbens, ſuccumbit in toto. *Dd. in l. Divus. 33. ff. de re judic. Zang. p. 2. c. 1. num. 402.*]

6. Qualitates non entis nullæ ſunt, vide ſupra *lit. N. num. 24.*

[§. 2. Qui non habet in ære luat in corpore, *l. 1. §. ult. ff. de pœn. Hering: de fidejuſſ. c. 10. nu. 175. Bull. in conſt. Car. V. art. 217. Bender. de reviſ. concl. 8. num. 7. Berlich. p. 4. concl. 19. nu. 39.*

nu. 39. *v.Treutl.* 1.3.4. *E.&* 2.30.6.*H. Duenh. reg.* 560. *v. ſupra B. num.* 8.]

7. Quem non honoro, gravare non poſſum, vide ſupra *lit. G. num.* 15.

8. Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, vide ſupra *lit. E. num.* 19.

[§. 3. Qui impugnat teſtamentum, legatum ex eo conſequi non poteſt, nec hæreditatem: *l. papinianus* §. *meminiſſe ff. de inoff. teſt. l. Polla. C. de his quæ ut indig. v. ſup.* C. 24. *not:*]

[Et ſi fructum jam aliquem percepit reſtituere cogitur *Peck. ad cap: ex eo* 38. *num.* 3. *de R. I. per l. poſt legatum* §. 1. *ff. & his quæ ut indig.*]

[Imo & qui accipit quid ex donatione cauſa mortis ſeparata ab teſtamento, ſi teſtamentum impugnat illud reſtituit. *Peck. d. num.* 3. *per l. ſi verum verſic. ſed ſi mortis ff. de bon. libert:*]

[Niſi teſtamentum vel ejus pars aliqua de jure non valeat & legibus contrariâ ſit: *Peck. d. nu.* 1. *v. ſup. C. num.* 24.]

9. Qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur, vide ſupra *lit. D. nu.* 1.

10. Quod differtur, non aufertur, *l. quoties, C. de precibus imper. offer. cap. ancillam* 32. *q.* 2. *cap. nemo deſperandus, de pœnit. diſt.* 7. *cap. ſta-*

tutum, ubi gloſ. verbo retardari, de hæretic. lib. 6. Garc. Girond. de privilegiorum, ſeu exemptionum explicat. num. 966.

11. Quod potui nolui, quod volui adimplere nequivi, *l. 3. in fine, ubi gloſ. C. de contrah. & commit. ſtipulat. l. multum intereſt, ubi gloſ. C. ſi quis alteri, vel ſibi, cap. cum ſuper 23. in fine, de offic. delegati, Surd. conſ. 251. num. 36. Card. Tuſch. tom. 1. lit. B. concl. 133. num. 1.*

12. Quod tibi non vis fieri, aliis ne facias, *l. juſtitia, ff. de juſtit. & jure, §. juris præcepta verbo, alterum non lædere, & ibi gloſ. inſtit. eod. tit. ubi Pichard. num.* 30. dicit, quod non læditur alter ſi id, quod nobis fieri nolumus, alteri quoque non faciamus, per *cap. placuit, de majorit. & obed.*

13. Quod per me non ſtat, mihi non debet imputari, *l. ſi ideo, C. de his quibus ut indignis.*

14. Quod quiſque juris in alium ſtatueris, ipſo jure utaris, *l. 1. ff. quod quiſque juris, Cardin. Tuſch. tom. 6. lit. Q. concl. 49.*

15. Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt, *cap. quod ſemel 21. de regul. juris lib. 6. §. ſemel cauſa inſtit. quib. ex cau. manum. Cardin. Tuſch. tom. 6. lit. Q. concl. 48. Thomas de Thomaſettis reg. 266.*

16. Quod in utilitatem eſt introductum, non debet in odium retorqueri, *Ioſeph. Aldre. in allegat. juris pro omnimoda regularium exempt.*

Digitized by Google

p. 1. cap. 3. num. 18. junctis ſupra adductis *lit. F. num.* 37.

17. Quod alicui gratioſe conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum, *l. quoniam*, C. *de epiſcop. & cler. cap. quod alicui, de regul. juris in 6. Thomas de Thomaſettis reg.* 256. ubi aſſerit procedere, quando alicui gratiosè aliquid eſt conceſſum à Principe, ſecus autem ſi ſit conceſſum à jure communi, vel intelligit de privilegio.

18. Quod de uno negatur, de alio conceſſum eſſe videtur, *l. cum prætor, ff. de jud. l. ait prætor, §. ſed quod Papinia, ff. de mino. cap. qualis* 25. *diſt. cap. non ne de præſumpt.* Et è converſo, quod de uno conceditur, de alio negatur, *l. maritus*, C. *de procurato. l. cum ita in fin.* C. *de condit. & demon. d. §. ſed quod Papinia. d. cap. non ne, Thomas de Thomaſettis reg.* 257. ubi aſſerit procedere, niſi ſequatur correctio, vel abſurdum.

19. Quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro alterius fieri non poteſt, *l. quod noſtrum, ff. de reg. jur. Thomas de Thomaſ. reg.* 263. ubi aſſerit procedere, niſi auctoritate legis alterius fiat.

20. Quod quis in ſe approbat, in alio reprobare non poteſt, *l. in arenam*, C. *de inof. teſtam.* junctis, quæ infra notavi *lit. V. num.* 59.

21. Quod omnes tangit, debet ab omnibus comprobari, *l. fin. in fi.* C. *de auctorit. præſtan.*

22. Quod

22. Quod quis ex ſuo facto ſentit, ſibi, & non alii debet imputare, *l. inter cohæredes*, §. *quod ex facto*, *ff. famil. erciſcund.*

23. Quæ favore publico introducta ſunt, humana diſpoſitione mutari non poſſunt, *l. nemo poteſt*, *ff. de legat.* 1. *l. jus publicum*, *ff. de pact. l. quod de bonis*, §. *fin. ff. ad leg. falcid. auth. ſed cum teſtator. ubi Doct. C. eod.*

24. Quæ ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto ſunt neceſſitatis, *l. ſicut*, *C. de actio. & oblig. l. in commodato*, §. *ſicut*, *ff. commod. l. ſi quis argentum*, §. *cum enim*, *C. de donat.* cum aliis ſupra citatis *lit.* C. *num.* 19.

